ro, [a] es muy grand señal de amor que muestra Dios a los fijos de los Reyes, aquellos que el la da entre los otros sus hermanos, que nascen despues del. Ca aquel a quien esta honrra quiere fazer bien da a entender que lo adelanta,e lo pone sobre los otros, porque le deuen obedescer, e guardar, assi como a padre,e a Señor. E que esto,sea verdad, prueua se por tres razones. [b] La primera naturalmente. La segunda por ley. La tercera por costumbre. Ca segun natura,pues que el padre,e la madre,cobdician auer linaje que herede lo suyo, aquel que primero nasce,e llega mas ayna, para complir lo que dessean ellos, aquel por derecho deue ser mas amado dellos: e lo ha de auer. E segun ley se prueua,por lo que dixo nuestro Señor Dios, [c] a Abraham quando le mando (como prouando le)que tomasse su fijo Ysaac el primero:que mucho amaua, e le degollasse por amor del. E esto le dixo por dos razones. La vna,porque aquel era el fijo que mas amaua, assi como assimesmo,por lo que de suso diximos. La otra,porque Dios le auia escogido por santo, [d] quando quiso que nasciesse primero,e por esso le mando,que de aquel le fiziesse sacrificio. Ca segund el dixo a Moysen, [e] en la vieja ley, todo masculo que nasciesse primeramente, seria llamado cosa sancta de Dios. E que los hermanos le deuen tener en lugar de padre se muestra,porq̃ el ha mas dias que ellos, e vino primero al mundo. E que le hã de obedescer como a Señor: se prueua por las palabras,que dixo Ysaac, [f] a Iacob su fijo,quando le dio la bendicion,cuydãdo que era el mayor:tu seras señor de tus hermanos e ante tise encoruaran los fijos de tu madre. E aquel que bendixeres sera bendito, e aquel que maldixeres caer le ha maldicion. Onde,por todas estas palabras,se da a entẽder, que el fijo mayor, [g] ha poder sobre los otros sus hermanos, assi como padre,e Señor, e que ellos en aquel lugar le deuen tener. Otrosi segun antigua costumbre:como quier que los padres, comunalmente, auian piedad de los otros fijos, non quisieron que el mayor lo ouiesse todo, mas que cada vno dellos ouiesse su parte. Pero con todo esso,los omes sabios,e entendidos, catando el pro comunal de todos, e conoscyendo que esta partición, non se podria fazer en los reynos, que destruydos non fuessen, segun nuestro Señor Iesu Christo dixo, [h] que todo reyno partido seria estragado, touieró por derecho

q̃ el señorio del reyno,nõ lo ouiesse si nõ

tradit eam nuptui fecit ei maioriam de parte ipsarum rerũ, an videtur transfudisse primam maioriam in secundam, & renocasse primam? vi. Bald.in.l.filia legatorum.C.de legatis & Bart.in.l. huiusmodi.§.cum pater.ff. de legat.1. Et nota q̃ si quis facit maioriam de sui natura renocabilem iuxta leges Thauri, si tradit, sit irrenocabilis quãdo sit p̃ actũ inter vivos, vt ibi habetur. si verò fiat per viam vltimæ voluntatis, seu donationis causa mortis, si tradat tunc, adhuc erit renocabilis: licet finctus perceptũ per eũ cui fuit tradita erunt percipiẽtis, secundum Bald. in.l. vxorin fin. C. de legat. Sed quæro an ex eo quòd pater instituit filiũ & voluit q̃ si ipse & ei̇ descendentes decesserint siue filijs q̃ bona veniant in filium secundũ an videat ex hoc cõstituisse maioriam? vid. per Bart. in.l. sed si sic. ff. de lega.1. & in.l. codicillis. ff. de vsufruct. lega. & in.l. cẽturio colũ. 12. versic. quæro vlterius quid si testator. ff. de vulg. & pupi. & vi. de iure confi.170. & & consi.421. Aduerte etiam q̃ hodie de iure regni potest in tertia & quinta bonorũ fieri maioria in vnũ ex filijs. si vero vnicũ tm̃ habeat si ũ, non cadit talis meioratio in vnico filio, vt iam alibi diximus. Si tamen iste filius vnicus repudiaret, veniret maioria in eius substitutũ, & licet filius non potuit gramari in legitima cum ipse non acceptasset, tenebit grauamen in substituto per. l. cum patronus. & ibi Paulus de Castro. ff. de lega.2.

a ¶ *Nasçer primero.* Quid si duo nascantur simul nescit tamẽ quis prior egressus sit de vtero matris. q. est vul garis vide late de ea per Ioan. Cirier. in suo tracta. primo genitur. lib. 4. q. 6. & 7. cum sequent, & an masculus præsumatur primo natus, vide Bal. in eidem erit. ff. de stat. hom. & ista quæstionem decidit. Cra. in prin. titu. fi. 7. part. vbi vide quæ dixi.

b ¶ *Por tres razones.* Nota de isto triplici modo probandi natura, lege, & consuetudine.

c ¶ *Dios.* Genesis. cap. 22.

d ¶ *Por santo.* Non tñ omnia primogenita sancta sunt. Sed ota q̃ sancta sint sunt etiam primogenita. deniq; Cain primogenitus, sed non sanctus. vid. Ambro. lib. 2. de Cain, & Abel. cap. 2.

e ¶ *Dixo a Moysen.* Exodi. c. 34. & Lucæ. c. 2.

f ¶ *Dixo Ysaac.* Genesis. c. 27.

g ¶ *El fijo mayor.* Frater maior dicitur dominus domus. secundum Bar. in l. fi. ro. 3. ff. de colle. il lici. & nota ad hoc ista. l. & de iuribus primogenitura. vid Bald. in. l. cum antiquioribus. col. 5. C. de iur. de liber. an. & plene in dicto tracta. Ioan. Cirier. lib. 2. q. 2. & ibi in. 14. prerogatiua dicitur de ista quam ponit hæc lex.

h ¶ *Dixo.* Matthæi capit. duodecimo, & vide Bal. in auct. hoc amplius C. de fideicomm.

a ¶ *Sino el fijo mayor.* Qñ enim vnus filius ex pluribus debet succede reintelligitur de primogenito. Bal. post Odofre. in. l. in succesione. C. de decurio. libr. 10. Quid si nasceretur anteaq̃ pater adipisceretur regnum? dic q̃ adhuc tanq̃ primogenitus succederet in regno. secundum Salic. in. l. imperialis. §. his illud. C. de nupt. vbi & Ioan. Fab. & quia fuerunt opiniones in hac. q. vi. in. d. tracta. primo genituræ lib. 1. q. 12. & forte in quæstione ista potest dici q̃ cõsiderãda sint verba cõsuetudinis, legis, vel inuestituræ: quia si dicitur, q̃ primogenitus regis succedat, succedet etiam ante regnum natus: si vero dicatur quod primogenitus à rege succedat, tunc non succedet ante adeptũ regnum natus: & sic procedat. glo. l. imperialis. hic alleg. & ista distinctio potest colligi ex. l. titius. & ibi Barto. ff. de testament. milit. & forte illud videtur melius dictum, quàm id quod Bal. allegans. dict. l. titius. dicit in. l. fin. C. de decurio. lib. 10. nisi dicas quòd in vulgari nostro ista distinctio non bene procedat, cum eundem sensum vtroque modo habeat. Vnde non videtur Bal. male locutus. vide Io. Cirier. vbi suprà. ¶ Quid aũt si filius maior secũ sit ex ventre matris. vt de Cæsare dicunt. & not. glos. in princi. instit. & tradit Bald. in princip. ff. veteris. col. 3. vbi dicit hoc nomen impositum fuisse Iulio Cæsari, eo quia mater in partu obijt, & ipse secto vtero lucẽ vidit, & secundũ eum, nempe nõ vidit matrẽ, vt nõ videret superiorẽ se, quem natura in hoc genuerat, vt omnia Cæsar esset. Bal. in. l. fi. C. de legi. hæred. versi. vidi dubitari: tenet, q̃ habetur p̃ filio legitime nato, & q̃ succedat, & tenet etiã Felin. in ca. sicut. de homicidio. vbi vide. ¶ Quid aũt si filiꝰ maior occidit possessorẽ maiorie, an succedat? & in maioria noua clarii est q̃ non, vt in. l. ei qui. & ibi Bar. ff. de his quib. vt indig. & in. l. Iuci⁹. vbi Bar. ff. de iur. fisci. & l. ab hostibus. §. si vir vxorẽ. ff. solut. matri. l. cũ ratio. §. fi. ff. de bo. damna. l. 13. titu. 7. partit. 6. & sic confiscatur bona maioriæ in vita illius occisoris, & demũ veniret in sequentes vocatos. l. statius florus §. Cornelio felici. ff. de iur. fisci. & in. l. si finita. §. si de vectigalibus. & ibi Barto. & docto. ff. de damno infect. nisi aliter esset prouisum in maioria: si verò esset maioria antiqua, videtur q̃ occisor repellatur & transeat statim in sequentem vocatum, vt in simili notat glos. in feudo paterno. in capitu. 1. si vassall. feud. priu. cui defe. Bald. in capitulo. 1. §. similiter. nume. 4. quib. mod. feud. amitta. l. imperator. ff. de fideicom. liber. per Alexand. 1. volu. consi. 23. ¶ Quid autem si iustè occiderit? vide quæ tradit doctor de Palatios Rubeos in rubri. de donatio. inter vir. & vxor. co. 450. ¶ Et aduerte q̃ intantũ procedit, q̃ filius maior succedat in maioria, q̃ si aliqs infidelis veluti Sarracenus (qui iuxta morem patriæ possidet maioriam) si habens iam filium maiorẽ ex vxore, conuertatur ad fidem ipse & eius vxor, & postea procreent alium filiũ, succedet in maioria primus filius, licet natus in infidelitate. per text. notabilem. in. c. deinde. 26. distinctione. & in cap. 1. 28. quæst. 1. ¶ Sed an teneat consensus primogeniti cõsentientis, vt secundo genitus succedat in regno, vel maioria? text. videtur quòd sic. in capitu. quam periculosum. 7. quæst. prima. & not. Bald. in. §. præterea. quib. mod. feud. amitta. qui etiam videtur ibi velle quòd ex hoc consensu totaliter suo iure primogenitus priuetur. & vide de ista quæstione Ioan. de Cirier. in suo tracta. primogenituræ. lib. tertio. quæstio. prima. & quæstio. 8. ¶ Sed pone, quòd caueturin maioria, quòd succedat in ea filius primogenitus primi matrimonij, contigit quòd possidens bona maioriæ non habuit filium ex primo matrimonio: habuit tamen ex secundo, & etiam ex tertio matrimonio, modo est contentio inter primogenitum secundi matrimonij, & cæteros eius fratres: quæritur an debitur tali primogenito. istam quæstionem mouet Iacob. de Aret. Cin. Alberi. Bald. Salice. & Ange. in. l. si quis prioris. §. talem. C. de secund. nupt. vbi Baldus arguit pro parte filiorum, & tandem concludunt talem primogenitum præferri. ¶ Quid autem si rex fecisset donationem ali cui nobili qui contrahebat matrimonium cum aliqua domicellare ginæ de aliquo fortalitio, vel aliquibus bonis, eo pacto, vt esset maioria & succederet in ea filius primogenitus ex eo, & ex dicta domicella natus, qui tamen ex tali domicella non genuit filium, & ea defuncta contraxit cum secunda ex qua habuit filium, an succedat in tali maioria? quæstio est subtilis & pulchra: nam videtur, quòd non succedat in maioria alius filius cùm rex in pacto se retulit ad natum ex tali domicella, argumento. l. filius à patre. §. si quis ex certa. ff. de liber. & posthu. & eius quod not. glossi. in. l. ideoque, per illum text. ff. eod. & cum dixit de filio ex tali nobili nato. adiungit & ex tali domicella. & sic est terminus complexius & communis, & sic requiratur quòd sit filius vtriusque per. l. cum vir vxori. &. l. si vir vxori. & l. sequenti. §. finali. ff. de conditionib. & demonstrationi. l. 2. ff. de conditioni. institu. in contrarium facit, quia donatio facta dicto nobili & dictæ domicillæ per regem, videtur facta cuilibet eorum in solidum. bonus textus in. l. vnica. C. si liberali. impe. socius libro decimo. facit etiam notabilis decisio Ioan. Andr. in additio. ad Speculat. in rubrica. de testament. in prima additione magna. verficulo. occurrit alia quæstio. vbi dicit, post alios, quòd licet testator instituat

el fijo maior, [a] despues de la muerte de

at veneré vxoris, ex eo prægnãtis: si post ea testator alios liberos suscipiat, etiã illi videtur instituti: & quòd etiam si eos habuerit ex alia etiam secunda vxore hoc procedat. tenent communiter docto. vt attestatur Socinus. in. l. placet. ff. de liber. & posthu. licet contrarium ibi voluit Paulus de Castro. facit etiam quod not. Bald. in authentica quæ rem. C. de sacrosanct. ec cle. vbi tenet eleganter, quòd si emphiteosis sit concessa marito & vxori, & eorum filijs, quod non solum includantur filij illius matrimonij, sed etiam filij alterius matrimonij: licet secundum eum concessio facta fuerit sub illo termino communi & complexiuo eorum. Et idem tenet Baldus in. l. prima. C. de priuileg. dor. & in. l. penul. C. de impube. & alijs. tenet etiam Socin. in dict. l. cum vir vxori. & si in contractibus fit dicta extensio, quanto magis in donatione regia, quæ potius est augenda, quàm minuenda? bonus textus in. l. fina. C. de præpo. agent. in rebus. libro duodecimo.

¶ Ex quibus decisionibus inferes ad decisionem quæstionis, quã vidi de facto, & sic terminata fuit, quòd facultas regia data marito & vxori, vt faciat maioriam in filium suum primogenitum, vel alium quem velint, quòd referatur ad quemlibet eorum insolidum, & ad filios quos quicunque eorum haberet etiam ex alio matrimonio, forte in quæstione ista potest dici si rex dispositiue duo, primum videlicet quòd dictum fortalitium sit maioria, & secundum quòd succederet dictus filius primogenitus, quòd tunc & si deficiat talis filius succedet alius filius dicti nobilis, ex alia licet vxore, ex quo non definit esse maioria, licet talis filius natus non fuerit. l. quidam testamento. in principio. ff. de legatis primo. l. lucius. ff. de alimẽt. & ciba. legatis. l. cum pater. §. vicos. ff. de legat. secundo. facit bonus textus in capitulo cum dilecti. de dol. & contu. l. celsus. ff. de arbit. & bene confert ad hoc notabilis decisio Dalphinalis. 505. de qua dicam in sequenti gloss. si verò rex dixisset succedat talis filius natus ex domicella tanquam in maioria: tunc non videtur quòd sit dispositum, quòd maioria sit in alio: quia verba non patiuntur. remanebit ergo in terminis iuris communis successio in istis bonis. argumento. l. commodissimè, cum similibus. ff. de liber. & posthu.

¶ Et quod in ista. l. dicitur de præferendo in successione regni, vel maioriæ filio primogenito intellige de legitime nato, non de bastardo. vt in capitul. naturales. si de feud. fue. contro. inter domin. & agna. & idem vult lex ista: quia loquitur de filio primogenito legitimo, quod etiam paret, cum inferius subdit. quæ dexasse de la muger legitima, & bastardi præsertim inter illustres pro nihilo reputantur, quos magnatum aut nobilium consuetudo non nouit, secundum Bald. in dict. §. naturales. & generaliter vbicunque agitur de commodo & honore filiorum, aut nepotum, non veniunt filij vel nepotes naturales tantum. videas Barto. in. l. tutelas. ff. de capit. diminu. & in. l. pronunciatio. ff. de verborum significatio. & in l. prima, & secunda. ff. de accusatio. Ioan. Andr. in additio. ad Speculat. titulo. qui filij sint legitim. l. fina. titulo. 13. quarta partita. & adde quæ dixi in. l. quarta. titulo. 15. in glo. super verbo. en todas las honras. quarta partita. ¶ Sed pone quòd consanguineus intra quartum gradum cognouit consanguineam, & postea impetrauit dispensationem à Papa, vt possint contrahere, & cum tali dispensatione contraxerunt: & post contractum matrimonium nascitur filius ante dispensationem conceptus, an succedet in maioria vt primogenitus, cæteris exclusis, ex quo natus est tempore habili? casus videtur quòd sic in. l. secunda. §. primo. ff. ad tertulia. contrarium tamen videtur velle Bald. in. l. Paulus. in prima lectura. ff. de statu hominum. vbi dicit, quòd licet Papa dispenser in matrimonio: tamen filij ante dispensationem concepti, tanquam spurij non succedunt. allegat Guillel. & Cinum ibi. & in. l. & si contra. C. de nupt. & quod not. Archidi. in capitul. Ofsius. 56. distinct. & quòd rem dict. Bald. & aliorum in conceptis & natis ante dispensationem, non in conceptis antea, natis tamen post, & facit. §. econtrario. instituta. de ingenuis.

¶ Et quid si tenor maioriæ exigat q̃ sint nati & geniti ex legitimo matrimonio. vt. quæ dixi in. l. i. titul. 13. 4. partit. sed erit pulchrum dubium, quid si aliqui consanguinei de facto contraxerunt matrimonium, postea tamen impetrauerint dispensationem a papa: vt monstris est directam epo vt ipse dispensaret cũ eis, qui ejpus malitiole ad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hibuit moram in dispensando: & interim filius eis natus est, qui fuerat legitimus, si eo tempore opportuno dispensatum esset, an talis filius succederet in maioria? videt q̃ succedat. arg. tex. in l. intestato. §. 1. ff. de suis & legiti. here. & l. herēnius. ff. de statu homi. & l. 3. tit. 23. part. 4. & quia damnum aliàs est irrecuperabile ab eo, qui fuit in mora: & reputari debeat legitimus, ex quo incōtinenti debebat esse legitim⁹. facit. l. pe. ff. de testa. mili. cogita tū. ¶ Quid aūt de legitimato per rescriptū, an succedat in maioria, & excludat substitutū? tetigi. l. 4. ti. 15. 4. parti. in gl. super parte, han las honrras. vide quæ ibi dixi. ¶ Et quando in dispositione maioriæ vocaretur legitimus filius absq; eo q̃ adderet legitime natus, vel de legitimo matrimonio natus, planè p cederet, q̃ talis legitimatus admitteretur concurrentibus quæ ibi dixi: & etiam his quæ tradit Bald. in. l. eam quam. C. de fideicommiss. col. 10. Si verò in maioria esset vocatio specifice facta de legitime nato vel de legitimo matrimonio nato: tunc legitimatus per rescriptū principis non admitteretur, neq; excluderet substitutum: quia talia verba referri debent ad natiuitatem veram, non ad fictam per rescriptum principis. ita notanter sentit Ange. in disputatione sua incipienti. nobilis, parum ante finem. quem sequitur Anto. in cap. per venerabilem. qui filij sint legitimi. colum. 19. vers. Sed quid si dixerit. vbi vult hoc procedere quando vocauit testator, vel alius disponens legitime natos. & idem & à fortiori si dixerat, sine filijs legitimis & legitime natis, debet enim talis conditio impleri in forma specifica. l. qui hæredi. & l. meuius. cum alijs. ff. de cōditio. & demōstra. videtur etiam de mente Bal. in. d. §. naturales. col. 2. talia verba respiciunt generationis principium, & non est nostrum extendere scripturas. l. contractus. C. de fide instru. & licet princeps prolem legitimet: matrimonium tamen legitimare non potest, & licet tollatur pœna coitus, non tolletur deformitas culpæ, vt latius adducit ibi Bald. Præterea quando in aliqua dispositione fit mentio de filio qua lificato, non porrigitur dispositio ad alium, cui non inest illa qualitas. l. fina. C. de natura. liber. Bal. in. l. Gallus. §. instituens. ff. de liberis & posthumis. & quando verba dispositiua in quacunq; dispositione prolata trahi possunt ad ciuilem & ad naturalem sensum: ad naturalem referenda sunt. l. ex ea parte §. insulam. ff. de verborum obligationib. l. fi. C. de his qui veniam ætat. impetra. cap. susceptum. de rescript. lib. 6. & cum istud sit proprium significatum verborum, ad illud tantum debet referri. l. 3. §. hęc verba. ff. de nego. gest. l. 1. §. is qui nauem. ff. de exercito. Item omnis legitimatio est præpostera, quæ facit quem legitimum ex post facto, sed legitima natio est ordinata processio, secundum viam naturæ. nam procedit matrimonium, vt causa: deinde nascuntur legitimi. ordo enim naturæ est, vt causa præcedat effectum suū. l. moribus. §. 1. ff. de vulga. & pupil. verba ista sunt Bal. in cap. innotuit. de elect. col. penul. vers. & nota q̃ omnis. huius etiam sententiæ videtur fuisse Bal. in. d. l. Gallus. §. si eius. ff. de liberis & posthumis. vbi concludit, q̃ licet legitimatus possit dici legitimus: non tamen dicitur legitime descendens, seu legitime natus. idem vult in additio. ad specul. titul. de successio. abintest. & in. l. manumissiones. ff. de iusti. & iure. & in. l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substitu. & certè in legitimatione facta per rescriptum plane procedunt supradicta: si vero legitimatio esset facta per subsequens matrimonium, crederem illum verum esse legitimū, & succedere posse in maioria vocante legitime natum, seu ex legitimo matrimonio procreatum, vt dixi in. l. 1. titu. 13. 4. parti. vbi ponderaui illam. l. cum dicit, son legitimos. & dixi etiam in alia glo. super verbo, se casa con ella. licet Bald. in cōsi. incipiē. quidam tres hæredes, quod est secundum antiquam impressionem in. 4. parte consiliorum. nume. 492. & secundum nouam formam in. 5. parte. consi. 367. voluit q̃ quando substitutio facta fuit decedenti sine filijs de legitimo matrimonio procreandis, q̃ legitimatus etiam per subsequens matrimonium, non excludat substitutum. Cuius dictum in hoc, vt ibi dixi, mihi non placet, & contrarium, vt ibi retuli consuluit Detius. consi. 155. vbi respōdet ad ea, quæ adducit Bal. & quæ in cōtrarium aliàs ad ducuntur. vide ibi per eum. ex cui⁹ dictis, & iuxta id qđ ipse limitare & restringere vult dictum Bald. perpendens istud procedere, quãdo essemus in dubio an testator vel disponens hunc talem per subsequēs matrimonium legitimatum voluit excludere, vel includere: quia cum non simus certi de eius intentione, regulemus verba iuxta dispositionem iuris: si tamen ex eius verbis manifestè deprehenderetur nolle talem legitimatum includi sub eius vocatione, tunc stan dum esset voluntati testatoris, seu talis disponentis.

¶ Aduertendū etiā est, q̃ licet primogenitus legitimatus per subsequens matrimoniū præferatur secundo genito post matrimoniū legitime nato, vt tradit Felin. in cap. prudentiam. col. 3. de offic. dele ga. & concludit post multa Ioan. Cirier. in suo tractat. primogenitur æ. libro primo. quæstio. 14. col. 7. versi. prima conclu. legitimatus tū per rescriptū principis non præferretur tali secūdo genito: imò talis secū dogenitus succederet in maioria, & non primogenitus legitimatus per rescriptum etiā ante matrimonium, ex quo natus est secundus legitime natus, per text. in auth. quibus mod. natura. efficiā. sui. §. & quoniam. & apertius. in. l. 2. in ordina. tauri. & tradit dictus Ioann. Cirier, in dicto suo tracta. libro primo, quæstio. 13. vbi late videbis per eum. ¶ Quid autem si habens filium spurium quem errans in iure putabat esse legitimum fecit in eum maioriam, an tenebit maioria? Bald. in. l. si arbiter. C. de sentent. mouet in simili quæstione dicens, q̃ nō tenebit institutio spurij, quem testator errans in iure putabat esse legitimum: sed non videtur ex illa doctrina decidi posse quæstionem prædictam, eò quia spurius tanquam incapax, non potest etiam à sciente hæres institui, & neq; ab errante, maioria tamen à sciente bene potest constitui à princ. cum facultate regia in spurium deficientibus filijs legitimis, si specialiter in hoc facultas regia dispensaret, vt dixi in. l. 32. titulo nono, sexta partita. l. decima. & quæ ibi dixi, titulo decimosexto, eadem partita sexta. vnde pulchrum dubium esset, si habens talem facultatem faceret maioriam in filium spurium, quem credebat legitimum an tenebit constitutio maiorię ex defectu voluntatis disponentis? & in dubio, cum habeat talem facultatem, videtur facere maioriam ex ea facultate, qua melius potest, vt in cap. nisi essent. & ibi not. Abb. de præbend. & quia præsumitur, quòd idem fecisset, si sciret eius illegitimitatem, & ex quo impetrauit talem facultatem, & cum erratur in qualitate quæ non inducit causam finalem, talis error non vitiat, vt not. Bart. in. l. demonstratio. ff. de conditio. & demonstra. Ioan. de Imo. in. l. quotiens. in princ. col. 2. super glo. ff. de hæredib. instit.

¶ Quid autem si cessante tali facultate, fecit quis maioriam in filium spurium, qui tamen postea legitimatus est: an tenebit constitutio maioriæ? videtur quòd non per text. in. l. si minor. ff. de lega. primo. & quæ singulariter not. Bald. in. l. eam quam. colum. vndecima. C. de fideicom. vbi etiam forrius voluit Bald. quòd licet pater leget spurio, cum capere poterit, non valet relictum, quod dictum dicit esse pulchrum, & singulare Paulus de Castro, in. l. prima. ff. de regula cathoniana. satis videtur quòd ex legitimatione superuenienti confirmetur donatio patre semper existente in eadem voluntate, ex his quæ not. Bart. in. l. 1. ff. de regula cathoniana. colum. penultima. versic. venio ad quartum. Bald. & Paul. & Iason. in. l. seruis. C. de lega. & ex. l. 10. titu. 13. sexta partita.

¶ Quæro etiam, tu habes. l. tauri quadragesimam primam dispōnentem, quòd maioria probetur ex consuetudine immemoriali, eo modo, quo ibi cauetur. Modo pone, quòd frater maior, qui per tempora possedit bona maioriæ semper prouidebat fratri minori de necessarijs certo modo in domo sua vel alibi: an & hoc similiter teneantur facere semper alij successores, pro tempore succedentes, dato quòd talis frater minor haberet etiam bona ex quibus ali posset intelligi & limitari præscriptio ad limites vsus. nor. Bart. in. l. 2. §. si quis hoc interdicto. ff. de itiner. actuq; priua. & quia tantum vsus videtur contracta societas, vt ibi per Bart. & l. titium. §. altero. ff. de administra. tuto. præscriptio nanq; consistit in actibus limitatis, & non egreditur formam illorum actuum. Bald. in. l. non dubiū. columna tertia. versic. tu posses. C. de legib. Allegans ad hoc Innocē. in cap. dilecto. de offic. archidia. & dicebat Innocen. in capitulo. dilectus. de capellis monachorum. quòd in præscriptione non habet locum extensio de vna persona ad aliam.

¶ Vnde si solum masculi & masculi descendentes ex masculis possederunt aliqua bona iure maioriæ: & sic ex præscriptione quæsierunt sibi ius, videntur tantū masculis præscripsisse: & nō prodest præscriptio fœminis. tota enim vis præscriptionis est in ipso vsu, qui in facto consistit, & ideo vltra factum non porrigitur, vt tradit Decius, consi. 85. in secundo dubio.

¶ Sed pone quòd defunctus, qui possedit maioriam, acquisiuit à principe in territorio maioriæ iurisdictionem de nouo, quia antea, territorium illud, eam non habebat, an filius maior, vel alius successor in maioria habebit talem iurisdictionem titulo maioriæ? & videbatur quòd sic, quia iurisdictio non stat per se: sed ipsi territorio cohæret. contrarium tamen determinat Bald. in §. econtrario. de inuesti. de re alie. fact. quia ista sunt separata & possunt stare de per se: mœnia scilicet castri, & territorium, apud vnum, & iurisdictio apud alium. allegat Innocen. in capit. dilecto. de appella. ¶ Si tamen possessor maioriæ, acquireret seruitutem prædio maioriæ, accresceret maioriæ, quia ei inest. secundum Bald. ibidem.

¶ Sed quid si per viam præscriptionis aliquid acquisiuit credens rem, quam præscribebat esse maioriæ, an accresceat sic præscriptum maioriæ? Bald. dicit quòd sic in. §. fin. de controuer. inuesti. versic.

sed iuxta hoc quæro. & versi. sequenti. sed pone q̃ vasallus. quia præscriptio est accessoria præcedentis tituli. l. si alienum. & l. qui aliena. ff. de do. caus. mor. & ideo quo titulo redit, redit & præscriptio. obstare tamen videtur huic dicto text. notabilis cum gloss. ibi in l. & non tantum. §. 1. ff. de petitio. hæredi. quem declarat Paul. sub. §. fin. l. precedentis.

vbi habetur q̃ hæres perficiens præscriptionē inchoatam à defuncto sibi acquirit rei vendicationem, & non hæreditati: & sic pro tali re non competet petitio hæreditatis: sed potest dici quòd illud sit respectu denegandæ petitionis hæreditatis, eò quòd superuenit fortior actio: non tamen negatur quin habere videatur rem præscriptam à defuncto per dict. l. qui alienam. & sic cum iudicio defuncti perceperit, veniet in fideicommissō. l. debitor. §. fina. ff. ad Trebellia. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupil.

¶ Sed an teneatur frater maior in maioria succedens, fatres vel sorores dotare & alimentare? dicendum est quòd sic: non enim alij filij debent mendicare: sed est eis assignandum tantum per primogenitum vnde possint congruè sustentari: ita tamen quod tantum remaneat primogenito, vnde possit honorificè regere principatum secundum Hostien. Ioan. Andr. & Abb. in cap. licet. de voto. & idem in cæteris maiorijs, quæ deferuntur iure primogenituræ secundum Io. Andr. in regu. sine culpa. de regul. iur. libr. 6. in mercurialibus. quam iuxta facultatem hæreditatis debet subuenire fratribus. vide nota. per Andr. de Ysern. in constitutionibus regni Neapolitani. folio. 171. colum. 3. Socin. consi. 47. volumine. 3. versi. primo argumento. & vide quæ dixi. in. l. 6. titu. 11. 6. partita.

¶ Sed an rex possit diuidere regnum inter filios, vide quæ tradit Oldrald. consil. 231. & Bald. qui refert Oldrald. in. §. item sacramenta. colum. 3. ad fin. & prin. 4. col. de pace iuramento firman. & crederem quidquid ibi dicatur, q̃ in regno quod ex antiqua consuetudine & primæua institutione defertur soli primogenito, non possit scindi inter filios, quod satis probatur in ista. l. & quia vt tradit Carolus Molineus in commento consuetudinum Parisiensium fol. 125. col. 3. dictum consilium Oldrald. & etiam consilium. 94. debent intelligi de regnis quæ percipiuntur, seu deferūtur iure hæreditario: & secus est dicendum, quando deferuntur iure sanguinis, vt poteris latius ibi videre per eum.

a ¶ *De su padre.* Facit ad illud quod no. Archidia. in. §. item obijcitur. 2. q. 7. q̃ licet rex possit in vita filium suum regem facere: non tamen potest ei administrationem concedere, arguit tamen ipse contra de

su padre.[a] E esto vsaron siempre, [b] en todas las tierras del mundo, do quier que el Señorio ouieron por linaje: e mayormente en España. [c]

c. moyses. 8. q. 1. vide ibi per eum. & tradit in. d. §. item obijcitur. illud de Dauid, qui licet bis vnctus in regem à Samuele: non tamen viuente rege Saule administrauit.

b ¶ *E esto vsaron siempre.* vide quæ dixi supra ea. par. tit. 7. l. 9. Et nota ex hac. l. q̃ valet consuetudo, q̃ primogenitus succedat. & adde Bald. in §. mulier. si de feud. fue. contro. inter. domin. & agna.

c ¶ *En españa.* & insuper inole uit mos in Hispania q̃ rex in vita sua facit filium suū primogenitū iurari in regem futurum: & sic q̃ iurent q̃ eum habebunt in regem post obitum patris, quæ etiā fuit consuetudo antiquorum regū, vt tradit notabiliter Abulē. quem videas. 2. li. Paralipomenō. c. 11. in fi. & ibi videbis etiā late & pulchrè qualiter hoc ius regnandi & principandi competat primogenito, & quomodo fuit inductū in. q. 27. & 28. & tene menti istam. l. fundātem se in ista cōsuetudine, ad ea quæ dixi supra ista. l. in glo. 1. ¶ Et facit q̃ si mater habēs facultatē ad maioriam cōmittat patri q̃ ipse faciat, q̃ non dicatur voluntas captatoria: sed intelligatur, q̃ faciat in filiū maiorem masculū, prout motis est. ¶ Ex quo similiter potest decidi alia qō, si videlicet mater committat patri, & filio maiori, talem potestatem: an fieri possit per eos maioria in ipsum filiū maiorem? & videbatur q̃ non: quia filius non potest seipsum eligere. c. in scripturis. 8. q. 1. c. per nostras. de iur. patro. facit quod no. Bal. in. l. ordo. col. 2. versi. quæro. data est potestas creditori, vt possit vendere cui velit. C. de executione rei iudica. tex. & ibi Bald. in. l. & qui sub imagine. C. de distractio. pigno. sed contrarium credo attenta dicta generali consuetudine, & mente matris, & quia pater est, qui eum eligit & ipse potest assentire iuxta notata per docto. signanter Ioan. de Imol. in cap. cū in iure. de electio. quod quid in contrarium voluerit glos. 1. ibi.

¶ Sed pone q̃ mater fecit maioriam in filium, quem pater elegerit, pater tamen nullum elegit, an videatur facta in filium maiorem? & videtur q̃ sic ex prædictis. cum ista sit consuetudo Hispaniæ, quæ semper in successione maioriæ honorat primogenitum, vt ipse solus succedat, vt etiam in simili tradit Andr. de Ysern. in capitu. 1. §. is de quo. de gradi. succe. in feud. & tali consuetudini semper est inhærendum. argumento. l. si seruus plurium. §. fina. ff. de lega. 1. l. fidei commissa. §. si seruo. & ibi Bald. ff. de lega. 3. vbi Bald. notat quòd illud præsumitur quis velle quod est consuetum. neque obstabit lex. cum quidam ita fideicommissum. ff. de legat. 2. imo potius facit pro ista parte, cum ex natura rei ad vnum tantum, & non ad plures debent venire bona maioriæ, & si ibi in defectum non eligentis, lex vult quòd omnes habeant. sic & in præsenti quæstione dicendum est ex mente. l. & consuetudinis, quòd vnus tantum & ille qui maior est natu habeat maioriam. facit capitu. licet. de voto. & l. cum pater. §. pater pluribus. ibi filio maiori. ff. de legat. 2. Bald. in. l. cum antiquioribus. C. de iure deliberand. in. 10. argumen. pro parte secundogeniti. facit etiam. l. in successione. C. de decurio. libr. 10. secundum intellectum Odofre. si tamen pater cui talis fuit data facultas eligeret alium filium, & non maiorem: teneret electio, & maior excluderetur. facit capitulum primum. §. & quia vidimus. ibi in quem dominus vellet. de his qui feud. dare poss. & quod ibi Bald. not. circa fin. versicu. extra quæro. & sequitur ibi Præpositus, & quia alias nihil operaretur facultas ad eligendum, si maior de necessitate esset eligendus. facit. l. 2. ff. de optio. lega. & l. prima. in principio. & per totum. ff. de assign. libert. Cogita tamen, an possit hoc limitari & intelligi, quando pater ex iusta causa mouerētur ad eligendum potius filium secundum, vel vlteriorem, quàm primogenitum. & quòd secus videretur, si ex odio iniusto cōtra primogenitum moueretur: nam vt bono viro non maleuolo mater videtur talem facultatem marito dedisse. & confert ad hoc quod not. Paul. de Castro. consil. 179. in causa quam magnificus dominus. col. 3. primo volumi. & confert satis ad prædicta quod notabiliter decidit Guido papæ. in quæstione Delphinatus. quæst. 505. incipit. factum est pactum. vbi dicit q̃ si in contractu matrimoniali factum fit pactum, quòd pater dabit tale castrum filio primogenito seu alteri, ex ipso matrimonio nascituro, si maluerit pater, & postea plures filij nascantur & pater decedat nullo alio declarato, quòd primo genitus habebit insolidum dictum castrum, & non admittentur cum eo alij filij: & ibi respondet ad dict. l. cum quidam. & ad. l. cum pater. §. penultimo. ff. de legat. 2. ex quo infert quòd si promisit facere maioriam in primogenitum, vel alium quem maluerit, detalibus bonis, q̃ nulla alia declaratione suæ voluntatis per eum facta maioria veniet in primogenitum. videas ibi per eum, qui adducit bona fundamenta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E por escusar muchos males que acaescieron: [a] e podrian aun ser fechos, pusieron que el Señorio del reyno heredassen siempre aquellos, que viniessen por la liña derecha. E porende establescieron, que si fijo varon, [b] y non ouiesse, la fija mayor [c] heredasse el reyno. E aun mādaron, que si el fijo mayor muriesse, ante que heredasse, si dexasse fijo o fija, [d] que ouiesse de su muger legitima, que aquel, o aq̃lla lo ouiesse, e non otro ninguno. Pero si todos estos fallesciessen, deue heredar el reyno, el mas propinco pariente, [e] que ouiesse, si parente. ff. de liber. & posthu.

¶ Et q̃ qui succedit in locum primogeniti posit sine mendacio se dicere primogenitum est optimus tex. in capitu. quæritur. §. item opponitur. 22. q̃. 2. & facit ista. l. ad dictum Bald. in prooemio decretal. rex pacificus. colum. 2. versicu. rex potest determinare in vita sua. & potest induci ad multa.

¶ Et etiam ex ista. l. potest sumi argumentum ad quæstionem, an habens facultatem regiam ad faciendum maioriam in filium, possit eam facere in nepotem? nam videtur quod sic si desiciat filius, vt fieri possit in nepotem. argumento huius. l. pro quo etiam facit quod notat Bald. in. §. similiter. quibus modis feud. amitt. in fin. in contrarium tamen videtur text. in lege. Gallus. pertoram. l. ff. de liber. & posthu. prout declarat Barto. in. l. liberorum. columna. 2. ff. de verborum significatio. quem etiam vide colum. 3. si vero tempore impetratæ facultatis, starent filius & nepos, non poterit maioria fieri in nepotem: nam in dependentibus ex gradu vel affectione, appellatione filij non venit nepos. l. iubemus. C. ad Trebellia. l. Gallus. §. institutus. ff. de liber. & posthu. vbi Barto. facit. l. alimenta. §. basilicę. ff. de alimen. & cibar. lega. l. quæsitum. & ibi Bart. in. 2. quæstione. ff. de fund. instru. & per Ioan. Andr. in additio. ad Specula. titulo. de successione ab intestato. in additio. magna ad finem. Cyn. in. l. 1. C. de adulter. & istud nomen filius designat primum gradum, nepos secundum. l. libertum. ff. de ex cusatio. tuto. nam limitata licentia limitatum debet producere effectum. l. in agris. ff. de acquirendo rerum dominio. cum similibus. vnde si princeps dat facultatem faciendi maioriam in petrum filium, non poterit illo mortuo fieri in alium. videtur de hoc casus in. l. si ita quis. in principio. & ibi gloss. & Barto. ff. de testa. tute.

¶ Ex prædictis etiam videtur, quòd habens facultatem regis faciendi maioriam in vnum ex filijs, quem vellet, non poterit pater facere duas maiorias in duos filios. l. qui soluendo. la prima. ff. de hæredibus instituend. & si fecerit duas, valebit prima. l. qui soluendo non erat. la secunda. ff. de hæredibus instituendis. quam commendauit Bald. in. 1. 1. C. de edict. diui. adria. tollen. gloss. notabilis in. l. qui soluendo. la prima. ff. de hæredibus instituendis. In contrarium tamen imo q̃ ex dicta facultate posit facere duas maiorias in duos filios, facit optime text. in. l. 1. in principio. & §. quamuis. ff. de assigna. liberto. & quæ notantur in. l. vnum ex familia. ff. de lega. secundo. & istud forte verius. & facit etiam. d. l. 1. iuncto. §. quanuis. q̃ posit quis facere duas maiorias in vnum filium pro duobus filijs, an autem vigore talis facultatis posit facere vnam maioriam in filium, & aliam in nepotem ex eo? & videtur q̃ sic. quia cum totum exceptis alimentis poterat dari patri: sic & diuidi inter patrem & nepotem. argumen. text. valde notabilis in. l. 2. cum principio. l. sequentis. ff. de assigna. liber. Cogita tamen. & vide quæ plenius dixi in. l. 32. titulo. 9. 6. partita.

e ¶ *El mas propinco pariente.* Etiam si esset in millesimo gradu, vt dicit Bald. in capit. vnico. colum. fina. de feud. marchię. & si nemo sit, magnates regni eligent regem, & papa confirmabit secundum Bald. in capitu. cum in magistrum. de electio.

¶ Et secundum hoc in regno semper intelligitur maioria perpetua. & idem videtur in ducatu, marchia, vel comitatu, quæ regulari debent ad instar regni. capitu. præterea ducatus. de prohibi. feu. aliena. per Frederi. capitu. cum non liceat. de præscriptio. tradit Paulus de Castro consilio. 164. incipit in causa maioriæ Hispalensi. in aliis verò maiorijs, vbi cessat similis ratio sæpe deficient, si vocationes deficiant, & bona erunt libera. secundum quod tradit Oldradus. consilio. 21. Ioan. Andr. in additio. ad Speculat. titul. de testa. §. in primis. in fin. Paul. de Castro. in. 1. ex facto. §. penul. in fin. ff. ad Trebel. lia. vbi plene tradit, quòd substitutio facta alicui, si deceſſerit sine liberis, expirat illo decedente cum filio vel cum filijs, & dato quòd tales filij decedant sine filijs, non erit locus amplius fideicommisso. l. cum vxori. C. quando dies lega. ced. l. si quis hæredem. C. de institutio. & substitutio. l. pater seuerinam. §. in fideicommisso. ff. de conditio. & demonstrat. & tradit latè Decius consil. 63. in causa istorum nobilium de mustatis. & consilio. 95. in. 2. dubio. Alexand. consilio 43. volu.

43. vol. Iacin. consi. 150. 2. volu. & consi. 62. 3. volumi. quod tamen procederet, nisi de mente disponentis contrarium appareret, vt late & singulariter comprobat Franciscus de curte senior. consilio. 51. & Franciscus de curte iunior. consili. 121. vbi allegat casum famosum & notabilem in lege. vnum ex familia. §. fina. ff. de lega. 2. ibi & idem princeps prouidentissimus, & vir religiosissimus cum fideicommissi verba cessare animadverteret, eum sermonem pro fideicommisso rescripsit accipiendum: inducitur enim fideicommissum ex coniecturata mente defuncti. l. cum proponebat. cum similibus. ff. de lega. 2. & adde Alexan. consil. 64. incipit difficultas dubitationis. 5. volumi. colū. fina. vbi etiam refert istud consilium Petr. de Anchara. quando testator secit plures gradus sub institutionum

¶ Vnde bene oritur hic quæstio. an si pater instituat filium, & disponat, q̃ si ipse & eius descendentes decesserint sine filijs, bona veniant in istum secundum, an ex hoc iudicabuntur bona maioriæ & subiecta fideicommisso? de qua quæstione vide per Barto. in. 1. sed & si fic. ff. de lega. 3. & in. l. conciliis. ff. de vsufruct. lega. in prin. versic. item hæc lex videtur facere. & in. l. centurio. colum. 2. versi. quæro vlterius quid si testator. ff. de vulg. & pupillaciuius resolutio est, quòd ex quo filij filiorum sunt grauati, videantur & vocati & honorati, & sic tenet fideicommissum. & secundum istam opinionem Bart. consuluit Alexand. consil. 64. 5. volumi. incipien. difficultas dubitationis præmissæ. licet non simpliciter ex hoc, sed etiam ex alijs ibi consuluit, ibique refert Raphaelem dicentem, q̃ hæc opinio est cōmunis. & secundum dictam opinionem cōsuluit etiam Pau. de Castr. consil. 51. volumi. secundum nouam impressionem incipit. quid quid dicatur. & ista etiam opinio placet Paul. de Castr. in. l. filius familias. §. cum quis. ff. de lega. 1. licet ibi dicat docto. communiter tenere contrarium, & etiam decius consilio. 270. dominus Reynal. column. 1. dicit contra Barto. esse communem opinionem & idem dicit consil. 421. & etiam Alexan. consi. 105. 1. volu. vbi late per eum, & consi. 184. ver. & licet Bar. 2. volumi. & 3. volumi. consil. 24. de cuius dicti veritate & ad eius intellectum, & qualiter posit procedere vide plene per Francis. de curte. seniorem in dict. consi. 51. colum. 9. & 10. vbi adducit quamplures, qui tenuerunt opinionem Barto. & cum sit æqua opinio, q̃ sit tenenda in iudicando. vide ibi late per eum. & magis indubie procederet, si aliquid aliud concurreret, quòd voluntate disponentis in hoc offenderit. vide & ibi per eum. ¶ Vnde si aliquis faceret maioriam in filium, & eius descendentes & asseruit se velle esse perpetuam, & adiciat q̃ si decesserint filius & descendentes sine filijs, quòd bona maioriæ per veniant initiū fratrem suum, licet non repetat titulo maioriæ in perpetuum videtur quod ita debeat intelligi de mente disponentis. & facit tex. notabi. in. l. 3. ff. de fūd. instru. & quod not. Ioan. de Plate in. l. si quando. la. 1. C. de bon. vacan. lib. 10. vel si dicat q̃ vult quod bona sint permaneant in familia. vide glo. in. l. si iusfamilias. §. dini. in verbo. non possit. ff. de legat. 1. quando vero talia verba vel similia non essent. Si quis faceret maioriam in filium maiorem, & in ipsius defectum in alium filium: & sic in alios filios & eorum descendentes, si contingat q̃ omnes moriantur, expirabit maioriatus. que in eccedet fratter constituenti maioratum. vide tex. & ibi Bald. in. §. his vero. de successio. fratri. & q̃d not. Bal. in. §. hoc quoque. de successio. feu. co. 1. ver. & nota pro intellectu erant ergo in vltimo bona libera, vt posit ea cui velit relinquere. l. qui soluēdo. §. prædiū. ff. de lega. 2. de natura tamē cuius libet maioriæ, videtur q̃ debeat esse perpetua, quando aliud nō repugnaret p id quod notat Bald. in. d. ci. de feud. marchiæ. & in. §. hoc quoque in fi. de succes. feud. l. 27. in ordina. tauri decius consi. 84. col. 2

¶ Sed quid si aliquis in dispositione maioriæ vocauit filios & descendentes suos & in eorum defectum proximiorem sibi consanguineum, & ex defectu descendentium maioria venit ad collaterales constituentis: & tunc reperitur nepos vnus fratris minoris: & alius pronepos fratris maioris: quis illorū præferetur: videtur quod nepos fratris minoris quia proximior per tex. nota. in. l. si libertus preterito. ff. de bon. libert. in. §. si liberum. & quia isto casu pronepos fratris maioris non repræsentat personam patris ex notatis per Barto. & Paulen. authen. post fratres. C. de ịt. hæred. neque obstabit. l. Titius. quia ille procedit in descendentibus a primo constituente.

¶ Sed pone q̃ in instrumento maioriæ cauetur, q̃ deficientibus filijs & cæteris descendentibus, maioria deueniat in proximiorem de genere suo, an intelligatur de agnato, vel sufficiat quod sit cognatus, & sic de genere ex parte matris? & videtur quòd sic. quia tunc ius ex parte patris, & de genere patris. per tex. & ibi Barto. in. 1. ff. de iur. immuni. glos. notabilis in authen. de incest. nup. §. 1. in verbo generi colla. 2. & per Ioan. de plat. in. l. penul. C. de bon. vacan. lib. 10. & quia verbum generatio ab homine, vel a iure prolatum, debet intelligi de descendentibus ex linea masculina, non fœminina. vide in. c. vbicunque. de pœnis. lib. 6. & in. c. statutum. de hæreti. eo. libr. & tradit Petrus de Anchara. consil. 359. nos Petrus de Anchara. & Florianus. &c. & quia inspecta mente loquentis videtur habuisse respectum ad agnationem & ad personas per quas conseruatur agnatio. vt patet in euangelio Matthæi. Liber generationis Iesu Christi. &c. vbi non nominātur nisi masculi descendentes ex masculis, vt tradit Paulus de Castr. consi. 300. 2. vol. incipit visō quodam processuum contrarium tamen videtur text. in. l. 1. ff. de liberis, causa, vbi habetur q̃ appellatiōe generis etiam cognati comprehenduntur: dicuntur enim cognati de genere, vt not. Bart. in authen. quibus nisi. natu. filiis. §. ergo. colla. 7. Balan. in. l. C. de proba. qui allegat tex. & glo. ibi in auth. de manda. princi. 6. opportet. Anto. in. 4. consuit. peril. rex. de iudic. in 4. nota. Paul. de cast. in. 1. 1. col. 1. C. de conditio. inser. Io. de Imo. in consilio. 62. incipit post exhibitum. vbi respondet ad omnia quæ in contrarium adduci possunt. & idem Philippus decius alios etiam allegas. consi. 23. in casu proposito. col. 2. & forte istud est de iure verius nisi ex alijs appareret de contraria voluntate dispositoris, vt quia iussit portare arma de genere paterno, & vocaretur nomine talis generis paterni: cū eum ista non cadant nisi in illis, qui sunt de illo genere, non videntur alij vocati: nam quibus non applicantur verba, non debet applicari dispositio. l. si seruum. §. non dixit. ff. de acquirē. hæred. Bal. in. l. versicul. 4. oppo. C. si quis omiserit, vel ex alijs conjecturis ad hæc respectum ad agnationem & per prædicta potest etiam decidi alia quæstio. vtrū habens primogenitum faciendi maioriā in vnū ex consanguineis, possit illa facere in consanguineum, quem voluerit, siue ex parte patris, siue matris, & quia ex communi vsu loquendi inter Hispanos omnes ex vtroque parēte vocantur consanguinei, seu de parentela. ¶ Sed pone quod maritus & vxor fecerunt maioriā in vno instrumento, & instituerunt filium & eius descendentes ordine successiuo, in quorum defectum vocarunt consanguineum propinquiorem, dicendo, videlicet venire in defectum eorum consanguineus noster propinquior, quomodo intelligēnda sunt verba? & credere eum quod cum sint duo testamenta, propter duos testantes vel disponentes licet in vno instrumento per ea quæ tradit Albe. post Old. in rub. C. de lega. Balan. ci. 5. & quia videmus. col. 2. de his qui feud. dar. post. q̃ vnusquisq; eorū videt prouidisse suo consanguineo. arg. l. sed & si plures. §. in arro. ato. ff. de vulga. & pupilla. bon. text. in. c. vnico de duobus fratribus capitula. inuest. & cum non resultet aliquid absurdum, ibi pluralitas resoluitur in plures singularitates. l. Titia. §. fin. ff. de condition. & de monstra. l. si chorus. ff. de leget. 3. & not. Bal. in. l. pe. col. fin. C. de inst. & substitu. sub con. fact. & quod in simili notat Barto. & Paul. de cast. in. l. lucius. §. cato. ff. ad trebellia. ¶ Sed pone tertio eodem thema q̃ maritus & vxor expresse voluerunt, & disposuerunt, quòd esset vna tantum maioria in perpetua quòd non posset verificari, quod supra dictum est vt succedant duo vnus in bonis viri, alter in bonis vxorissimo vnō casū debet succedere, & tunc videtur quod præferatur proximior consanguineus cuiusque ipsorum. l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de legat. 2. propter vnicatem sermonis. sed tunc quæritur quid si concurrāt consanguinei virisque in pari gradu vnus mariti alter vero vxoris? & videtur quòd præferatur tunc consanguineus ex parte viri tanquam digniōris per text. singularem in lege. cùm pater. §. penultimo qui incipit a te peto. ff. de legat. 2. vbi est casus quod ordo scripturæ circa consanguineos vxoris & affines, facit præferri affines consanguineis: ita quòd lex præsumit voluisse vxorem præferre consanguineos mariti suis consanguineis ex quo primo nominauit & sic ordo præfertur affectioni: sed ita quòd disponendo mulier quòd veniant consanguinei mariti & vxoris, ex quo vnus tantum debet venire, neque constat quis præferatur: quia vno verbo fuerunt nominati. vnde ex quo ipse vir præfertur, quia caput mulieris, vt in cap. fi. 32. q. 6. Bal. in. §. fi. de inuestit. de reb. alien. facti. & prima ad Corinthios. n. & per consequens præferri debeant consanguinei viri ordo, debet operari ordo tacitus a iure subintellectus: sed forte dicet aliquis, imo videtur quòd dictus tex. sit casus in contrarium, quia ibi rideo non statur affectioni, quia constat de ordine, & præsumitur voluntas ex ordine, vt ibi est de mente doctorum, & signanter Paulus de castro. sed in quæstione proposita constat de affectione, non vero de ordine: ergo stari debet affectioni. ex quo ordo illam non tollit. Tu tamen aduerte pro responsione, quia hoc vltimum procederet, si sola vxor disposuerat, & fecerat maioriam, vel bona omnia fuerant ipsius vxoris: sed in quæstione prædicta vterque disponit, & bona de quibus disponūt fuerunt tam viri, quam vxoris. & constat quod voluerunt, quòd semper esset vna maioria indistribilis: & sic isto casu præferemus affectionem vxoris erga suos: de cum concurrat pariter affectionis & inuicem affectiones se concapitulo postremo de appellatio. & de necessitate sumus extra casus videtur consanguineus viri, & satis est quòd non stantibus in pari gradu præferatur proximior, licet ex parte vxoris, data

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen paritate gradus maior consideratio est ex parte viri vt præferatur eius consanguineus , quia videtur in ordine saltem subintellectō præfatus. ¶ Sed pone iuxta istā l. q̄ rex vel alius possessor maioriæ q̄ deserturiure sanguinis seu consuetudinis , vel alterius dispositionis, decedit relictis d..obus consanguineis,in æquali gradu, quis eorū debet præferri?

¶ Sed hoc ecclesia quandoque facit,quandoque non facit:vt ibi latius per eum.Et lic ex mente.S. Thom. Satis apparet quòd non licebat tollere dominium infidelium supra alios infideles, prout in casu nostro,quòd ius diuinum in hoc non abstulit infidelibus dominium, & prælationem, quod eis competebat ex naturali ratione super suos subditos apertius etiam vult.S. Thom.2.2. quæstio.12. articu.2.vbi tradit quòd princeps Christianus si apostatam à fide cōmittat priuari potest dominio per ecclesiam sicut & possiet pro alijs culpis,& ita tim subdit ad ecclesiam autem non pertinet punire infidelitatem in illis qui nunquam fidem susceperunt. secundum illud Apostol.1.ad Corint.c.5. Quid mihi de his qui foris sunt iudicare? & ad illam autoritatem quæ fauere videtur dictis Hostiens. Matthæi vltimo data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, potest dici quòd intelligatur, prout dicit ibi glosl. interlinearis & fuit dictum b.Hieronymi.id est,vt qui ante regnabat in cœlo, per fidem regnet in terris:& etiam Albertus magnus.in expositione dictorum verborum dicit,data est mihi omnis potestas & non potentia: quia potestas nomen est ciuile,& dicit potentiam stantem ad iuris ordinem. Et sic quatenus ordinatur ad promulgationem fidei & euangelicæ doctrinę omnem potestatem habebit Papa, non vt temporaliter subijciat infideles prætendens, vt recognoscant dominium ecclesiæ licet enim Christus,etiam inquantum homo, ab instanti suæ conceptionis fuit dominus vniuersorum, noluit tamen regnare armato milite,patet cùm dicit regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset, ministri mei vtique decerrarent.& c.Ioan.cap. 18.vbi glo.ordinaria dicit hoc est quod nos scire voluit. Sed prius vicisim interrogando voluit ostendere quæ esset de regno suo hominum opinio, iudæorum vel gentilium, qua ostensa vtrique aperius respondet,regnum meum non est de hoc mundo: ne vanè timeatis & seruiatis: sed ad regnum cæleste credendo venite. dicit etiam Nico.de Lyra.nunc autem regnum meum non est hic,id est, quantum ad temporalia ista quærenda. Sed contra hoc videtur, dicit ipse,Psalm. 46. rex omnis terræ Deus: ipse autem est verus Deus, sicut verus homo. dicendum quòd secundum veritatem diuinitatis, omnia sunt subiecta Christo: tamen quantum ad humanitatem in primo aduentu suo, non venit ad dominandum temporaliter: sed magis ad seruiendum & patiendum, hæc Nicolaus.facit etiam & illud hymni Epiphaniæ, qui decantatur ab vniuersali ecclesia. hostis Herodes impie, Christum venire quid times? non arripit mortalia,qui regna dat cœlestia, dicit etiam. b. Augusti. in dicto Ioannis.18.capit.Audite ergo Iudæi & gentes,audi circumcisio, audi præputium, audite omnia regna terrena non impedio dominationem vestram in hoc mundo,regnum meum non est de hoc mundo, nolite metuere metu vanissimo, quo Herodes ille maior, cum Christus natus annunciaretur expauit: & tot infantes, vt ad eum mors perueniret,occidit timendo magis quàm irascendo crudelior, regnum(inquit) meum non est de hoc mundo, quid vultis amplius venite ad regnum quod non est de hoc mundo: venite credendo & nolite fœuire metuendo, & inferius subdit, non ait regnum meum non est hic: sed non est hinc: hic est enim regnum eius vsque in finem seculi habens inter se commixta zizania, vsque ad messem: messis enim finis est seculi,quando messores venient, id est, Angeli & tollent de regno eius omnia scandala,quod vtique non fieret, si regnum eius non esset hic:sed tamen non est hinc, quia peregrinatur in mundo.Præterea non ita indistinctè est dicendum, quod Papa in omnibus habeat eandem potestatem, quam habeat Christus. Vnde dicit Hostien.in summa.de pœnitent.& remissioni. dum allegat in fin. colum. illius operis autoritatem illam, constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum.quòd illud verbum, cōstitutus, non facit relationem ad Papam,sed ad Christum. Ad concessionem Alexand.potest dici, quòd non per hoc Papa visus fuit approbare opinionem Hostiens. ex illa generali concessione, cùm talis decisio egeret magno cōsilio & deliberatione,& quòd illa concessio intelligatur seruatis seruandis,& in casibus in quibus licita esset concessio & belli indictio,iuxta ea quæ dixi,& inferius dicam ex dictis Innocent.& alijs.Temperandum ergo est à bello quatenus possibile sit, & non est fidendum dictis Hostien.de quibus supra, & potius adhærendum dictis Innocent.& illa autoritas, exi in sepes, &c. Et compelle eos intrare.Intelligit de hæreticis. vt in.c.ipsa pietas. 23. quæst. 4.& tradit Innocent.in capitu.maiores.de baptism.S.Thom. secunda secundæ.quæstio.10.articu.8.ii.&.12.& si obijciatur de Paulo percusso in via,& quodammodo coacto ad fidem. De quo habetur in capitu.quis nos.23. quæstio.4.qui tamen adhuc fidem non susceperat respondetur vt glosl. ibi dicit quòd illud sola diuina voluntate fuit nam nullus cogitur recipere fidem. vt in dicto capit. de iudæis. vel potest dici, quòd Paulus ante conuersionem remorabatur fidei Christianæ susceptæ per eum in figura. Nam vt dicit.S.Thom.secūda secundæ.quæstione decima. articulo quinto. quando remittitur fidei nondum susceptæ dicitur infidelitas Paganorum siue Gentilium. Quando vero remittitur fidei Christianæ susceptæ vel in figura, & sic est infidelitas Iudæorum,vel in ipsa manifestatione veritatis,& sic est infidelitas hæreticorum. & grauior est infidelitas Iudæorum, quàm gentilium.quia licet Iudæi fidem euangelij nunquam susceperunt,sed quia susceperunt eius figuram in veteri lege, quam male interpretantes corrumpunt: eorum infidelitas est grauior quam Gentilium. vt tradit idem Sanctus Thom. ibidem articul. 6. prima tamen responsio melior est. ¶ Alfonsi etiam de Castr.in tractatu. de iusta hæreticorum punitio. libro. 2. capitu.14. in prima belli causa quam adducit,scilicet contra idolatras allegato iam per eum capit. 12.Deutero.ibi subuertite omnia loca.&c.subdit, & testimonio huius præcepti diuini fretus ego sentio iustum esse bellum, quod catholici Hispanorum reges contra barbaras gentes, & idolatras, quæ Deum ignorabant versus occidentem & austrum inuctas, ante aliquot annos gesserunt,& nunc etiam gerunt, hac tamen conditione bellum moueant,procurent diligenter & fideliter illos monere, vt falsorum deorum cultum deserant, & Deum verum qui est curtorum creator & rector, adorent, quam monitionem si ibi receperint,quanuis baptismum recipere nolint, non crederem iustè posse bellum contra illos moueri. Si autem tali monitioni obtemperasse bellum contra illos moueri. Si autem tali monitioni obtemperasse bellum contra illos moueri. Si autem tali monitioni obtemperas

Universidad de Deusto
Biblioteca

betudinẽ iuxta dictum philosophi dicentis: quòd aliqui à natura sunt serui ostenderitq; istos Indos secundum rei veritatem non esse amentes: sed habere pro suo modo vsum rationis: cum habeant ordinem aliquem in suis rebus, postquam habent ciuitates, & matrimonia, magistratus, dominos, leges, opificia, & commutationes, quæ omnino requirunt vsum rationis. Item religionis speciem: & quia non errant in rebus, quæ alijs sunt euidentes, quod est indicium vsus rationis, tradens etiam quòd deus & natura non deficiant in necessarijs pro magna parte speciei, & præcipuum in homine est ratio, & quod, frustra est potentia, quæ non reducitur ad actum. vnde quòd isti Indi videantur insensati, & hebetes putat ipse ex maxima parte esse ex mala educatione, cum etiam apud nos videamus multos rusticorum parum differentes à brutis animantibus, neque philosophum vbi suprà intellexisse, quòd qui parum valent ingenio, sint à natura alieni iuris: & quòd non habeant dominium sui & aliarum rerum, neque voluisse philosophum, quòd si qui sunt à natura parum mente validi, quod liceat occupare bona illorum, & patrimonia & illos redigere in seruitutem, & venales facere. Sed vult philosophus quòd à natura est illis necessitas, qua indigent ab alijs regi: & gubernari & bonum est subdi alijs, sicut filij indigent subijci parentibus, ante adultam ætatem, vt vxor viro. Et demum dictus Franciscus, reijcit aliquos titulos qui prætendi possent iusti belli ad istos Indos subijciendos. Primum, scilicet quòd iustè subijci debeant sub dominio Imperatoris, cùm Imperator dicatur dominus mundi. l. deprecatio. ff. ad leg. rho. de iact. tradit Bar. in extrauagan. ad reprimendum in gloss. super verbo totius orbis, quem titulum reijcit latè comprobans, quòd neque de iure naturali, neque diuino neque humano Imperator potest prætendere dominium totius orbis.

¶ Primum dicit patere, quia dominium & prelatio super subditos est de iure humano, non de iure naturali allegat. S. Thom. secunda secundæ quæstio. 12. & tetigi suprà, & in prima parte. q. 6. attic. quarto, & quæstione. 96. vbi dicit, quòd in iure naturali homines sunt liberi excepto dominio paterno & maritali, & Aristo. primo politicorum.

¶ Secundum quòd neque de iure diuino, comprobat latè: quia ante aduentum Christi non legimus quod fuerint Imperatores, domini mundi, ibique respondet ad illam autoritatem Danielis. 2. capitulo de Nabuchodonosor, cum dicitur, tu rex regum es & deus cœli regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia in quibus habitant filij hominum, dicens certum esse quod neque Nabuchodonosor cepit regnum specialiter à deo sed eo modo quo alij principes, vt Paulus dicit ad Romanos, cap. 13. omnis potestas à domino est. Et prouerbio. 8. per me reges regnant & legum conditores iusta decernunt. neque Nabucho donosor habuit Imperium iure in toto orbe: nam iudæi non erant ei subditi, & ex hoc patet neminem de iure diuino fuisse dominum totius orbis, quia gens iudæorum libera erat ab omni alienigena, vt habetur Deutero. capit. 17. non poteris alterius gentis hominem regem facere. & quanuis Sanctus Thom. de regim. prin. libro tertio, capitulo quarto & quinto, videatur dicere imperium Romanorum à deo traditum propter iustitiam illorum, & amorem patriæ, optimas leges, quas habebant, vt etiam dicit Augustinus in libro de ciuitate Dei, hoc non est intelligendum quòd ex institutione diuina factum est: vt consequenter Imperium orbis: sed alio iure, scilicet iusti belli, vel alia ratione, non modo quo habuit Saul, & Dauid regnum à deo: hoc etiam constare, & intelligi debet, si consideremus qua ratione & successione imperia venerunt vsque ad nos, ante seu post aduentum Saluatoris: ibique latè tradit nulla autoritate iuris diuini constare, neque posse probari Imperium statutum fuisse de iure diuino. ¶ Tertium etiam quòd neque iure humano Imperator sit dominus orbis constare dicit, quia vel esset sola nulla autoritate sulcita talis potestas, aut autoritate legis, quæ nihil operaretur: quia lex præsupponit iurisdictionem, & si ante legem Imperator non habebat iurisdictionem in orbe: ergo neq; post legem, quia talis lex non potuit obligare non subditos, neque hoc habuit imperator per legitimam subiectionem, aut aliquo alio legitimo titulo: & sic nunquam imperator fuit dominus totius orbis. Præterea etiam dicit quia & illi qui secundum opinionem suam Imperatori dominium totius orbis attribuunt, non dicunt eum esse dominum per proprietatem: sed solum per iurisdictionem. quod ius non se extendit ad hoc, vt conuertat prouinciam in suos vtus, aut donet pro suo libito oppida aut prædam, neque veteres dominos deponere, neque vectigalia capere. Impugnat etiam alium, & secundum titulum, qui prætenderetur ex concessione videlicet papæ insistens in hoc multum, adducens fundamẽta pro vtraque parte, dicens quòd opinio quorundam iurisconsultorum est, quod papa habet iurisdictionem plenam in temporalibus in toto orbe terrarum, & quòd ita tenere videtur Bart. in. d. extrauagan. ad reprimendũ. & Hostien. vbi suprà. & Archiepiscopus Florentin. 3. par. ti. 22. c. 5. §. 8. & Ang. & Syluest. in suma, qui etiam vt ipse Fraciscus refert multo largius & benignius hanc potestatem attribuit Papæ: in verbo infidelitas. §. 7. & verbo Papa. §. 7. & 10. & 11. & verbo legitimus. §. 4. mirabilia secundum eum dicens in illis locis circa hoc, putà quòd potestas Imperatoris & omnium aliorum principum est subdelegata, respectu papæ, & quòd est deriuata à deo mediante papa, & quòd tota illorum potestas dependet à Papa: & quòd Constantinus donauit terras papæ in recognitionem dominij temporalis, & ẽcontrario papa donauit imperium Constantino in vsum & stipendium. imò quòd Cõstantino nihil donauit, sed reddidit quòd erat sub tractum & q̃ si papa non exerceat iurisdictionem in tẽporalibus extra patrimonium ecclesiæ: nõ est hoc propter defectum autoritatis, sed ad euitandũ scandalũ & nutriendũ pacẽ, & tota ꝓbatio horũ fundũ eũ est, quia domini est terra & plenitudo eius, & data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, & quòd papa est vicarius Christi, & ad philippen. 2. Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortẽ: propter quod & deus exaltauit illum. Et quod fauere videtur. S. Tho. in fine secundi libri sententiarum, cuius vltima verba in solutione ad quartum sunt, quòd papa tenet vtrumq; potestatis apicem, secularis & spiritualis, quo fundamento iacto autores huius opinionis. Primo dicunt quòd papa potuit Reges Hispaniæ constituere principes eorum barbarorum Isidorum, tanquam dominus supremus temporalis. Secũdo dicunt quòd dato q̃ hoc non posset saltem si barbari isti nollent recognoscere dominum papæ temporale potest eis bellum indicere, & inferre. Et ita dicunt factum esse: nam primo papa concessit illas prouincias regibus Hispaniæ. Secundo etiam barbaris illis fuit propositum, & significatum, quòd papa est vicarius Christi, & habet eius vicẽ in terris: & quòd ideo recognoscerent eum in superiorem: & cum sic recusauerint iustè sit eis bellum illatum & eorum prouinciæ occupatæ, vt hoc dixit Hostien. cuius fuit ista opinio, vt retuli suprà. Contra hoc tamen idem Franciscus ponit aliquas propositiones, quarum prima est, quòd papa non est dominus temporalis totius orbis. loquendo propriè de dominio & potestate ciuili: quam conclusionem tenent secundum eum Turrecrema ta. libr. 2. c. 113. Ioann. & Hug. in. c. cum ad verum. 96. distin. & fatetur Inno. papa tertius qui fuit doctissimus in cap. per venerabilem. qui filij sint legiti. dicens se non habere potestatem temporalẽ in regno Franciæ: & videtur expressa sententia Bernardi. lib. 2. de consideratione ad Eugenium, subditq; quòd opposita opinio videtur contra præceptum domini de quo Matth. cap. 20. & Lucæ. 2. Scitis: quia principes gentium dominantur eorum, &c. Non ita erit inter vos. idem & contra præceptum Apostoli non dominantes in clero, sed forma facti gregis. 1. Petri. 2. & sic Christus dominus secundum humanitatem secundum quòd ipse probabilius esse dicit, non fuit dominus temporalis orbis cùm ipse dixerit regnum meum non est de hoc mũdo. & tetigi ego superius, vnde. S. Tho. de regimi. principum lib. 3. ca. 13. dicit quòd dominium Christi ordinatur ad salutem animæ, & ad spiritualia bona, licet à temporalibus non excludatur eo modo quo ad spiritualia ordinantur. vnde patet secundum eum quod sententia S. Tho. non est, quòd regnum Christi esset eiusdem rationis, cum regno ciuili & temporali: sed ita est quòd ad finem redemptionis omnimodam potestatem habebat: etiam in temporalibus: sed secluso illo fine non. multominus ergo papa habebit tale dominium temporale. Adducit etiam quòd tale dominium in papa non potest probari iure diuino, naturali, neque humano, quod de naturali & humano notum est, de diuino etiam, quia nulla autoritate iuris diuini probatur, quod enim Dominus dixit Petro, pasce oues meas, satis ostendit potestatem esse in spiritualibus, & non in temporalibus. & ostendit papam non esse in toto orbe: nam ipse dixit Ioann. cap. 18. in fine seculi fiet vnum ouile & vnus pastor, vnde satis constat in præsentiarum non omnes esse oues huius ouilis, saltem infideles. Item etiam adducit, quòd dato quòd Christus haberet hanc potestatem constat hanc non esse commissam papæ, quod dicit patere: quia non minus papa est vicarius in spiritualibus, quàm in temporalibus: sed papa non habet iurisdictionem super infideles, vt fatentur qui contrariam opinionem sectantur, ergo neq; temporalem. & videtur expressa sententia Apostoli prima ad corinthios, capit. 5. quid ad me de his quæ foris sunt iudicare? præterea non est bonum argumentum secundum eum, Christus habuit temporalem potestatem in toto orbe: ergo commisit eam papæ: nam Christus sine dubio habuit spiritualem potestatem in toto orbe non minus super fideles, quàm super infideles, vel ècontra. Et potuit facere leges obligantes totum orbem, sicut fecit de baptismo & articulis fidei, & secundum Doctores, Christus potestatem excellentiæ non commisit

apostolis: & tamen Papa non habet illam potestatem super infideles, neque potest eos excommunicare, neque prohibere connubia in gradibus à iure diuino permissis ergo. &c.

¶ Ponit etiam secundam propositionem, quòd dato quòd Papa haberet illam potestatem in orbe, non posset eam dare principibus secularibus, & patere dicit, quia est annexa Papatui, neque potest Papa eam separare ab officio Papæ, neque primare successorem illa potestate, quia non potest esse sequens pontifex minor prædecessore, & sic vel nulla esset talis collatio, vel sequens pontifex posset illam reuocare.

¶ Subdit & tertiam propositionem, quòd Papa habet temporalem potestatem in ordine ad spiritualia, id est, quantum est necesse ad administrationem rerum spiritualium, quam dicit esse conclusionem Turre Cremate, vbi suprà capit. 144. & omnium doctorum. ex qua conclusione infertur quòd Papa potest infringere leges ciuiles, quæ sunt nutritiuæ peccati, vt patet in capit. fin. de præscriptio. & quòd discordantibus principibus de iure alicuius principatus, & in bella ruentibus potest esse iudex & cognoscere de iure partium, & sententiam ferre, quam principes recipere tenentur, ne eueniant tot mala spiritualia, quot ex belliis oriri necesse est, & ex hac etiam ratione potest aliquando reges deponere, & nouos constituere: & ad hunc sensum intelligenda sunt iura, quæ dicunt quòd Papa habet vtrunque gladium. ¶ Et ex ista propositione infert, quòd cum Papa non habeat potestatem spiritualem super istos infideles, vt patet. 1. ad Corint. cap. 5. ergo neque temporalem. Vnde si isti barbari nolunt recognoscere tale dominium, non potest eis bellum inferre, & bona illorum occupare. quod & confirmari dicit: nam cum ita sit, & tenentes opinionem contrariam fatentur, dato quòd barbari nollent recipere Christum pro domino, non possunt ob hoc bellum indicere, & inferre. Et ita dicunt factum esse: nam primo papa concessit illas prouincias regibus Hispaniæ. Secundo etiam barbaris illis fuit propositum, & significatum, quòd papa est vicarius Christi, & habet eius vicẽ in terris: & quòd ideo recognoscerent eum in superiorem: & cum sic recusauerint iustè sit eis bellum illatum & eorum prouinciæ occupatæ, vt hoc dixit Hostien. cuius fuit ista opinio, vt retuli suprà. Contra hoc tamen idem Franciscus ponit aliquas propositiones, quarum prima est, quòd papa non est dominus temporalis totius orbis. loquendo propriè de dominio & potestate ciuili: quam conclusionem tenent secundum eum Turrecrema ta. libr. 2. c. 113. Ioann. & Hug. in. c. cum ad verum. 96. distin. & fatetur Inno. papa tertius qui fuit doctissimus in cap. per venerabilem. qui filij sint legiti. dicens se non habere potestatem temporalẽ in regno Franciæ: & videtur expressa sententia Bernardi. lib. 2. de consideratione ad Eugenium, subditq; quòd opposita opinio videtur contra præceptum domini de quo Matth. cap. 20. & Lucæ. 2. Scitis: quia principes gentium dominantur eorum, &c. Non ita erit inter vos. idem & contra præceptum Apostoli non dominantes in clero, sed forma facti gregis. 1. Petri. 2. & sic Christus dominus secundum humanitatem secundum quòd ipse probabilius esse dicit, non fuit dominus temporalis orbis cùm ipse dixerit regnum meum non est de hoc mũdo. & tetigi ego superius, vnde. S. Tho. de regimi. principum lib. 3. ca. 13. dicit quòd dominium Christi ordinatur ad salutem animæ, & ad spiritualia bona, licet à temporalibus non excludatur eo modo quo ad spiritualia ordinantur. vnde patet secundum eum quod sententia S. Tho. non est, quòd regnum Christi esset eiusdem rationis, cum regno ciuili & temporali: sed ita est quòd ad finem redemptionis omnimodam potestatem habebat: etiam in temporalibus: sed secluso illo fine non. multominus ergo papa habebit tale dominium temporale. Adducit etiam quòd tale dominium in papa non potest probari iure diuino, naturali, neque humano, quod de naturali & humano notum est, de diuino etiam, quia nulla autoritate iuris diuini probatur, quod enim Dominus dixit Petro, pasce oues meas, satis ostendit potestatem esse in spiritualibus, & non in temporalibus. & ostendit papam non esse in toto orbe: nam ipse dixit Ioann. cap. 18. in fine seculi fiet vnum ouile & vnus pastor, vnde satis constat in præsentiarum non omnes esse oues huius ouilis, saltem infideles. Item etiam adducit, quòd dato quòd Christus haberet hanc potestatem constat hanc non esse commissam papæ, quod dicit patere: quia non minus papa est vicarius in spiritualibus, quàm in temporalibus: sed papa non habet iurisdictionem super infideles, vt fatentur qui contrariam opinionem sectantur, ergo neq; temporalem. & videtur expressa sententia Apostoli prima ad corinthios, capit. 5. quid ad me de his quæ foris sunt iudicare? præterea non est bonum argumentum secundum eum, Christus habuit temporalem potestatem in toto orbe: ergo commisit eam papæ: nam Christus sine dubio habuit spiritualem potestatem in toto orbe non minus super fideles, quàm super infideles, vel ècontra. Et potuit facere leges obligantes totum orbem, sicut fecit de baptismo & articulis fidei, & secundum Doctores, Christus potestatem excellentiæ non commisit sed magis pœnæ: quia talis ignorantia diuinorum ex peccato primi parentis sequuta est, qui autem si sunt infideles damnantur qui dem: sed propter alia peccata non propter peccatum infidelitatis. Vnde dominus dicit Ioannis. 5. Si non venissem & loquutus eis non fuissem, peccatum non haberent. vbi Augustinus exponit, quòd loquitur de peccato quod non crediderunt: neque obstat si quis dicat, ergo secundum hoc sequitur quòd aliquis saluari possit sine baptismo, si ponamus ignorantiam inuincibilem de baptismo & fide Christi, nam non sequitur talis consequentia: barbari enim ad quos non peruenit annuntiatio fidei, vel religionis Christianæ, damnabuntur propter peccata mortalia, aut idolatriam: sed non propter peccatum infidelitatis, quia si faceret quod in se est bene viuendo, dominus illuminaret illos circa nomen Christi.

¶ Ponit etiam conclusionem secundam, quòd isti barbari non ad primum nuntium tenebantur, neque tenentur credere fidem Christi: ita quòd non credendo peccarent mortaliter solum per hoc, quòd simpliciter eis annuntiatur & proponitur quòd vera est religio Christiana, & quòd Christus est Saluator, & Redemptor mundi, sine miraculis aut quacunque alia suasione & probatione. Allegat sanctũ Thomã, & Caietanum. 2. 2. quæstio. 1. articulo. 4. dicentes, quod temerè aut imprudenter quis crederet aliquid, nisi mediante eo quod spectant ad salutem: nisi cognoscat à viro fide digno illud asseri. & Ecclesiastici. capitu. 19. dicitur quòd qui cito credit, leuis est corde. & confirmatur per illud Ioan. 15. & si signa non fecissem peccatum non haberent. cùm ergo ex hoc, dicti barbari non essent in culpa, non potuissent contra eos bellum indici, cum ad bellum iustum requiratur causa iusta, vt scilicet illi qui impugnantur hoc propter aliquam culpam mereantur, vt tradit Augustinus libro. 83. quæstionum. & habetur in capitu. dominus noster. 23. q. 2. Et sanctus Thomas. 2. 2. q. 40. articu. 1.

¶ Ponit & tertiam propositionem, quòd si barbari rogati & admoniti, vt audiant pacificè loquentes de religione, & nolint audire, quòd non excusantur à peccato mortali: quia cum necessarium sit eis ad salutem credere in Christum & baptizari. Marci. cap. vltim. Qui crediderit, &c. Cùm vt credant requiratur, quòd audiant, tenentur audire, alias sunt extra statum salutis.

¶ Quartam etiam proponit propositionem, quòd si fides Christiana proponatur barbaris probabiliter: deest, cum argumentis probabilibus, & rationibus, & cum vita honesta, & secundum legem naturæ studiosam, quæ magnum est argumentum ad confirmandam veritatem, & hoc non semel, sed diligenter & studiose: barbari tenentur credere, & recipere fidem Christi sub pœna peccati mortalis.

¶ Ponit etiam aliam & vltimam propositionem, quòd quantumcumque fides sit annuntiata barbaris probabiliter & sufficienter: & nollent eam recipere, non ideo tamen ex hac ratione licet eos bello persequi & spoliare bonis suis. Allegat sanctũ Thom. 2. 2. quæsti. 10. articu. 8. & est communis conclusio doctorum in iure canonico, & ciuili, & dixi ego superius.

¶ Deinde adducit quintum titulum, qui prætenditur ad bellum istud iustificandum, scilicet, quòd barbari isti vel multi eorum peccant contra legem naturæ, vt aiunt seu contra naturam, vt vsus carnium humanarum, concubitus indifferentes cum matre, & sorore, & cum masculis, & quòd pro his possunt infestari bello, & cogi, vt ea relinquant, quæ fuit opinio Archiepiscopi Florentini, tertia parte. titu. 22. capitu. 5. §. 8. post Augustinum de Anchona Syluester in summa. in verbo Papa. §. 7. & fuit opinio Innocen. in dicto capitul. quòd super his, credo (inquit) gentiles non habent nisi legem naturæ, & si contra illam fecerint, potest illos Papa punire. Et arguitur ex Gene. 1. cap. 19. vbi Sodomitæ puniti sunt à deo, cum enim facta Dei nobis sunt exemplaria, non video quare Papa qui est vicarius Christi non possit. hæc Innocent. ipse verò Franciscus ponit in hoc conclusionem principes, scilicet, Christi anos, etiam cum autoritate Papæ non posse coercere barbaros à peccatis contra leges naturæ, neq; ratione illorum eos punire, & hanc conclusionem probat.

¶ Primo, quia contraria assertio præsupponit falsum, videlicet, quòd Papa habeat iurisdictionem super illos, cuius contrarium suprà probatũ est. &c. ¶ Secũdo quia vel intelligunt vniuersaliter de peccatis contra legem naturæ, vt pro furto, fornicatione, adulterio, vel peculiariter pro peccatis contra legem naturæ, de quibus tractat. S. Thom. 2. 2. quæst. 154. artic. 11. quomodo peccatum contra naturam dicitur non solum quod est contra legem naturæ: sed etiam contra ordinem naturalem, de quibus. 2. ad Corint. cap. 2. & ad Romanos. c. 1. & sic isto secundo modo argut in contrarium, quia homicidium est ita graue, vel grauius peccatum: & ita manifestum, ergo si pro illis licet, ergo & pro homicidio. Ita blasphemia est ita graue peccatum & manifestum. Vnde & pro isto. si verò intelligatur generaliter pro modo pro omnibus peccatis contra naturam, arguit in contrarium pro fornicatione non licet, ergo neque pro alijs contra le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gẽm naturæ, antecedens dicit patere: prima ad Corinthios. capitulo quinto, scripsi vobis in epistola ne commisceamini fornicarijs. Et in ferius: si quis frater nominatur inter vos fornicator, aut idolis seruiẽs. & infrà. quid enim mihi de his quæ foris sunt iudicare? vbi. S. Thom. dicit. Acceperunt potestatem super eos tantum, qui se fidei subdiderunt. patet ergo apertè quòd Paulus dicit non spectare ad eum iudicium de infidelibus fornicarijs aut idolatris. Itẽ & arguit quòd neque omnia peccata contra legem naturæ possunt euidenter ostendi, saltem omnibus, & quòd dicere aliud est tantundem dicere, ac si quis dicat quòd propter infidelitatẽ licet Barbaros debellare: omnes enim sunt idolatræ. Item mirum esse dicit, quòd papa nõ possit ferre leges infidelibus, & possit tamen exercere iudicia & inferre pœnas, & quòd possint negare impune autoritatem & iurisdictionem papæ, & tamen teneantur subire iudicium eius. Item & subdit quòd non possunt acceptare iudicium papæ, quin sint Christiani: nullo enim alio iure papa potest eos condemnare, aut punire: nisi quia vicarius Christi. sed tam Inno. quam Augustinus de Anchona Archiepiscopus, & Syluester fatentur: quòd non possunt puniri: quia nõ recipiunt Christum: ergo neq; quia non recipiunt iudicium papæ. Et hoc confirmari dicit, quia neq; in veteri testamento, vbi tunc armis res gerebãtur, populus israël occupauit terras infidelium, quia essent infideles, & idolatræ, vel quia haberent alia peccata contra naturam, vt quòd sacrificabant filios suos, & filias suas dæmoniis: sed vel speciali dono Dei, vel quia transitum impediebant, vel eos offenderant: vt dixit Caietanus vbi suprà.

¶Asserit etiam prætendi alium & sextum titulum, electionis. s. voluntariæ: Hispani enim cum ad barbaros peruenirent significant eis quẽ admodum rex Hispaniæ mittit eos pro commodis eorum: admonẽt vt eum in regem suscipiant, illiq; respondent sibi placere, & nihil tam naturale est quàm voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre, ratam fieri. inst. de rer. diuis. §. per traditionem. ipse verò & hunc titulum refutat, ex eo quia ad valorem talis tituli abesse deberet metus & ignorantia: quæ vitiant omnem electionem: nesciunt enim Barbari seu non intelligunt, quid in hoc faciant, neque quid Hispani petant. Item cum hoc petunt circunstant armati circa imbelles: & meticulosos. Item si illi antea habent veros dominos & principes, non potest populus sine aliqua alia rationabili causa accipere nouos dominos, in detrimentum priorum: neq; ipsi domini possunt nouum principem creare sine consensu populi. Cum ergo in huiusmodi electionibus, seu acceptationibus non concurrant omnia requisita ad legitimam electionem, talis titulus non est idoneus.

¶Reiectis itaq; per eum titulis istis laborat ipse Franciscus in ostendendo aliquos titulos, ex quibus licitè Barbari isti venire poterunt in ditionem Hispanorum. Ad quod ostendendum ponit aliquas propositiones.

¶Primam, quòd Hispani habent ius peregrinãdi in illas prouincias, & illic degere: sine tamen aliquo nocumento Barbarorum, neq; possunt ab illis prohiberi, quod probat ex iure gẽtium, quod deriuatur à iure naturali. vt instituta de iure natura. versicu. quòd naturalis ratio. apud omnes enim gentes & nationes habetur inhumanum hospites & peregrinos, sine aliqua rationabili causa nolle suscipere: & ẽcontra humanum & officiosum recipere. Item quia à principio orbis cum omnia essent communia, licebat vnicuiq; in quancunq; vellet regionem tendere & peregrinari, neq; hoc fuit demptũ per prouinciarum diuisionem: cum non fuerit de intentione gentium per hoc tollere communicationem, & multa alia adducit his similia in huius comprobationem.

¶Secunda vero propositio est, licere Hispanis apud illos, sine patriæ tamen damno negotiari, importantes illis merces, quibus carent, & adducentes aurum vel argentum, aut alia quibus illi abundant, neq; principes eorum possunt impedire subditos suos ne exerceant commercia cum Hispanis, neq; Hispanos cum illis. quod etiam probat: quia commercia sunt de iure gentium.

¶Tertia propositio, quòd siquæ sunt apud Barbaros communia, tã ciuibus, quàm hospitibus, non licet barbaris prohibere Hispanos ab illorum communicatione, & participatione, verbi gratia, si licet aliis peregrinis, vel effodere aurum in agro communi, vel fluminibus, vel piscari margaritas in mari, non possunt Hispanos prohibere eo modo dunt taxat, quo aliis licet, dũmodo ciues & naturales non grauentur.

¶Quarta propositio, si ex aliquo Hispano nascantur ibi liberi, & velint esse ciues, non videtur quòd possint prohiberi vel à ciuitate, vel à commodis aliorum ciuium, si nati essent ex parentibus illicha-bentibus domicilium. quod probat: quia & hoc videtur de iure gentium. l. ciues. ff. de appella. l. ciues. C. de incol. lib. 10. imò videtur secundum eum quòd qui velit recipere domicilium in aliqua ciuitate illorum contrahendo ibi matrimonũ, vel alia ratione, qua alij peregrini solẽt fieri ciues, non possent prohiberi plusquã alij, & p cõsequens gaudere priuilegijs ciuium, sicut alij, modo & subeant onera sicut alij.

¶Quinta propositio. Si Barbari vellẽt Hispanos in supradictis prohibere, quæ sunt de iure gentium, à commercio putà, vel alijs iam dictis: Hispani primo debent rationibus & persuationibus tollere scandalum, & ostendere omni ratione se non venire ad nocendum illis: sed pacificè velle hospitari & peregrinari, sine aliquo illorũ incõmodo, & hoc non solũ verbis, sed ẽt re ostendere: quòd si Barbari nollent acquiescere, sed vim agere, Hispani possunt se defendere, & omnia agere ad securitatem suam conuenientia. Et si aliter fieri non posset, possunt arces & munitiones ædificare, & si acceperunt iniuriam, illam autoritate principis bello prosequi & alia iura belli agere: quia iusta causa belli est iniuriam propulsare, & vindicare iniuriam. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & S. Thom. vbi suprà. 2. 2. q. 40. Notandum tamen dicit esse, quòd cum Barbari isti sint natura meticulosi, & aliàs stolidi & stulti, quantuncunq; Hispani eos vellent securos reddere & demere à timore, possunt adhuc merito timere, videntes homines cultu extraneo, & armatos & multo potentiores se. Ideo licèt isto casu permissum esset Hispanis se defendere seruato moderamine inculpatæ tutelæ, non licebit in illos alia iura belli exercere, puta parta victoria vel securitate illos occidere, vel spoliare, vel eorum ciuitates occupare: quia in illo casu sunt innocentes: & merito timent, vt supponimus, alia enim (secundum eum) sunt iura belli aduersus homines vere noxios & iniurios: alia aduersus innocentes & ignorantes. Sicut etiam aliter vitandum est scandalum phariseorum aliter pusillorum & infirmorum.

¶Sexta propositio, si omnibus tentatis Hispani non possunt consequi securitatem & pacem cum Barbaris, nisi occupando ciuitates, & illos subijciendo, licite possunt facere: probat quia finis belli est pax & securitas, vt dicit Augustinus ad Bonifacium: quia licet Hispanis ad finem belli facere omnia necessaria ad obtinendam securitatem & pacem.

¶Septima conclusio, si post quam Hispani omni diligentia, fe, & verbo ostendissent non stare per eos quin Barbari pacificè & sine damno rerum suarum agant: nihilominus Barbari persuerarent in malitia sua, & contenderent ad perditionem Hispanorum: iam tunc non tanquam cum innocentibus, sed tanquam cum perfidis hostibus agere possunt, & omnia belli iura in illos prosequi & spoliare illos, & in captiuitatem redigere & deponere priores dominos, & nouos constituere moderatè tamen pro qualitate rei & iniurarum. quod satis patere dicit: quia si licèt bellum indicere, ergo etiam iure belli prosequi: non enim debent esse meliores conditionis, quia sunt infideles: sed hæc omnia licerent contra Christianos, si semel esset iustum bellum: ergo & aduersus illos.

¶Itẽ hoc est de iure gẽtiũ, vt parta bello, fiãt victoriis. l. si quid bello. & l. hostes. ff. de cap. ca. ius gentiũ. 1. dist. & in. §. itẽ q̃ ab hostibus. inst. de rer. diuis. & quia secũdũ Doct. loquentes de bello princeps qui habet iustum bellum fit ipso iure iudex hostium & potest eos punire iuridice & condemnare pro qualitate iniuriarum. item probatur quia legati iure gentium sunt inuiolabiles: sed Hispani sunt legati Hispanorum christianorum: ergo barbari tenentur eos audire saltem benignè & non eos repellere: iustum vult esse istum titulum: dum tamen Hispani sine dolo & fraude in hoc versentur, & non quærant fictas causas belli. Si enim barbari permitterent Hispanos pacifice negociari apud illos, nullam possunt Hispani ex hac causa prætendere iustam causam occupandi bona illorũ: non plus quã Christianorum. Secundus titulus secundum eum potest esse causa religionis christianæ propagandæ, prout & vult lex ista partitarum, licèt ipse non allegat, pro quo ponit quatuor conclusiones.

¶Prima est, quòd christiani habent ius prædicandi & annunciandi Euangelium in prouinciis barbarorum, iuxta illud Matthæi vltimo, prædicate Euangelium omni creaturæ: & quia verbum domini non est alligatum. secunda ad Corinthios capit. 2. & patet etiam dicit ex prædictis: quia si habent ius peregrinandi & negociandi apud illos: ergo possunt docere veritatem volenti audire, maxime in spectantib' ad salutem: quia alias essent extra statum salutis, si non liceret christianis ire ad eos annũciandum Euangelium, & quia correctio fraterna est de iure naturali, sicut & dilectio: cum ergo illi non solum sunt in peccatis, sed etiam extra statum salutis: ergo ad Christianos spectat corrigere & dirigere illos: imò videntur ad hoc teneri: sunt enim isti proximi Christianorum, & vnicuique mandauit Deus de proximo suo, Ecclesiasti. cap. 17.

¶Secunda conclusio, licèt hoc sit commune, & liceat omnibus Christianis: tamen papa potuit hoc negocium mandare Hispanis, & interdicere omnibus aliis: quod probat: quia licèt Papa non sit dominus temporalis: habet tamen in temporalibus (vt suprà dictum est) potestatem in ordine ad spiritualia. Et cum ad Papam principaliter,

spectet curare prædicationem Euangelij in toto orbe, & cum commodius Hispani principes in illis prouinciis possint ad hoc dare operam, potest papa eis committere, & omnibus aliis interdicere: quinimo & necdum prædicationem posset interdicere: verum etiam commercium, si hoc ita expedit ad religionis propagationem: quia potest papa ordinare temporalia, sicut expedit spiritualibus. & omnino ita dicitur expedire quod in hoc papa fecit: quia si indifferenter ex aliis prouinciis christianorum concurrerent ad illas regiones possent se inuicem facile impedire, & excitare seditiones vnde impediretur tranquillitas, & perturbaretur negotium fidei, & conuersio illorum barbarorum. præterea cum principes Hispani suis auspiciis & sumptibus primi omnium eam negotiationem susceperint, & tam feliciter nouum orbem inuenerint, iustum est vt ea peregrinatio aliis interdicatur, & ipsi solum fruantur inuentis: sic etiam pro pace conseruanda inter principes & religione amplificanda, potuit papa prouincias sarracenorum inter principes christianos ita diuidere, seu distribuere, ne alius in alterius partes transeat, sicut etiam posset pro commodo religionis principes creare, & maxime vbi antea nulli fuissent principes christiani.

¶Tertia conclusio, si barbari permittant christianos liberè & sine impedimento prædicare euangelium, siue illi recipiant fidem, siue non recipiant, non licet hac ratione inferre eis bellum, neque eorum terras occupare, vt superius satis est probatum. Et quia nunquam est bellum iustum, vbi nulla præcessit iniuria, vt dicit S. Thom. 2. 2. quæstione. 40. articu. 1.

¶Quarta conclusio, Si barbari, siue ipsi domini, siue ipsa multitudo impediant christianos, quominus liberè annuntient euangelium, possunt reduci & pius ratione ad tollendũ scandalum illis inuitis prædicare, & ad gentis conuersionem operam dare: & si opus sit propter hoc bellum suscipere, vel inferre, quousq; pariat opportunitatem & securitatem prædicandi euangelium. Et idem est iudicium, si etiam permittentes prædicationem impediant conuersionem occidentes vel alias punientes conuersos ad christum, vel minis aut terroribus deterrentes. hanc probat, quia in hoc barbari faciunt iniuriam hispanis: & quia impeditur commodum ipsorum barbarorum, quod principes eorum non possunt impedire. iuste ergo in fauorem illorum qui opprimuntur & patiuntur iniuriam, possunt hispani mouere bellum, maxime in re tanti momenti. ex qua conclusione patet quòd etiam hac ratione, sine zotio religionis aliter prouideri non possit, licere hispanis occupare terras & prouincias eorum, & creare nouos dominos, & antiquos deponere, omniaq; alia agere & prosequi iure belli, quæ licita sunt in alijs bellis, seruato semper modo & ratione: ne vltra procedant quam opus sit, & potius de proprio iure remittendo, quam aliud inuadendo, & semper omnia dirigendo potius ad bonum barbarorum, quam ad proprium quæstum. Sed considerandum valde est, quod Paulus dicit prima ad Corinthios. 6. omnia mihi licent: sed non omnia expediunt. hæc enim quæ dicta sunt, intelliguntur per se loquendo, fieri enim potest, vt per hæc bella & cædes, & spolia potius impediretur conuersio barbarorum, quam quæreretur vel propagaretur. & ideo in primis cauendum est, ne offendiculum ponatur euangelio, si enim poneretur cessandum esset ab isto modo euangelizandi, cauendum ne quod per fandum esset ab isto modo euangelizandi, cauendum ne quod per fandum esset ab isto modo euangelizantia. Item & si qui ex se licitum est, reddatur malum ex circunstantia. Item & si qui ex barbaris conuersi sunt ad christum, & principes eorum vi vel metu velint eos ad idolatriam reuocare: si alia via huic violentiæ & iniuriæ non possit prouideri, possunt hispani mouere bellum & cogere barbaros, vt ab illa iniuria desistant: & contra pertinaces iura belli prosequi.

¶Alium titulum ponit idem Franciscus, si bona scilicet pars barbarorum conuersa esset ad christum, siue iure siue iniuria: deest dato quorum conuersa esset ad christum, siue iure siue iniuria: deest dato quominus, aut terroribus, vel alias non seruatis seruandis, dummodo vere essent christiani, papa ex rationabili causa, vel ipsis petentibus, vel etiã non petentibus põt dare principem christianũ, & auferre alios dominos infideles. Quod probat, quia si ita expediret ad conseruationem religionis christianæ: quia timetur quod sub dominis infidelibus apostatarent à fide, vel inde sumpta occasione grauarentur à suis dominis, Papa potest in fauorem fidei mutare dominos. Et confirmatur ex dictis. S. Tho. 2. 2. quæstione. 10. artic. 10. & doctores dicunt, ecclesiam posse omnes seruos christianos liberare eo iure, etiam si alias essent legitime captiui: & tenet Innoc. in. d. c. quod super his. ergo magis poterit liberare alios subditos christianos, qui non sunt ita stricti, sicut sunt serui. & patet etiam ex his, quæ dicit apostolus. 1. ad Corinthios. cap. 7. & habetur in. c. quanto. de diuort. vxor fidelis liberatur à viro infideli, si maritus sit ei molestus in perniciem religionis.

¶Alium titulum dicit esse posse ratione tyrannidis vel ipsorum dominorum, apud barbaros, vel propter leges tyrannicas in iniuriam innocentum, puta, quia sacrificant homines innocentes, vel alias occidunt condemnatos ad vescendũ carnibus eorum: dicit enim quòd tali casu etiam sine autoritate pontificis, possunt hispani principes prohibere barbaros ab omni nefanda consuetudine, & ritu: quia possunt defendere innocentes à morte iniusta: quia vnicuiq; mandauit deus de proximo suo, & illi omnes sunt proximi: ergo quilibet potest eos defendere à tali tyrannide & oppressione, & maxime hoc spectat ad principes. & prouerbiorum. 24. habetur, erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. neque hoc solum intelligitur cum actu deducuntur ad mortem: sed etiam possunt cogere barbaros, vt essent à tali ritu: & si nollent, hac ratione potest eis bellum inferri & iura belli in eos prosequi: & si aliter non potest tolli sacrilegus ritus, possunt mutare dominos & nouum principatum inducere. & quantum ad hoc habet verum secundum eum dicta opinio Innoc. & Archiepiscopi quòd pro peccatis contra naturam possunt infideles puniri, intelligendo, inquam, cum sunt in detrimentum innocentum, vt est hoc quod facere prohibentur barbari, scilicet sacrificare innocentes & in esum conuertere. neque obstat quòd omnes barbari conueniant & consentiant in huiusmodi leges, & sacrificia, neque velint vindicari super hoc ab hispanis: in hoc enim nõ ita sunt sui iuris, vt possint filios suos vel seipsos tradere ad mortem.

¶Alius etiam titulus posset esse secundum eum per veram & voluntariam electionem, putà si barbari intelligentes prudentem administrationem, & humanitatem hispanorum, vellent vltro accipere in principem regem hispaniæ, tam ipsi domini, quam alij: hoc enim fieri posset, & esset legitimus titulus, etiam de iure naturali, quælibet enim respublica potest sibi constituere dominum, neq; esset ad hoc necessarius consensus omnium secundum eum: sed videtur sufficere consensus maioris partis: quia in his quæ spectant ad bonum reipublicæ illa quæ constituuntur à maiori parte, tenent etiam alijs contradicentibus: alias nihil posset geri pro vtilitate reipublicæ, cum difficile sit omnes in vnam conuenire sententiam, sicut & galli pro bono suæ reipublicæ mutauerunt principes, & ablato regno à Driderico tradiderunt Pipino Caroli magni patris, quam mutationem Zacharias pontifex approbauit.

¶Alius titulus posset esse secundum eum causa. s. sociorum & amicorum: cum enim ipsi barbari inter se gerant aliquando legitima bella, & pars quæ iniuriam passa est habet ius inferendi bellum, potest accersire hispanos in auxilium, et præmia victoriæ illis dare, vt fertur feciſſe Talcaſtedanos contra Mexicanos, qui cum hiſpanis com posuerunt, vt eos iuuarent ad debellandum Mexicanos: haberent autem quidquid iure belli ad eos spectare poterat, quod enim sit iusta causa belli pro socijs et amicis non est dubium, vt etiam declarat Caietanus. 2. 2. quæstione. 40 arti. 1. quia æquè potest respublica aduocare extraneos ad vindicandum inimicos sicut contra intrinsecos mala factores. & hac maxime ratione romani protelarunt imperium præstantes auxilia sociis & amicis.

¶Alius titulus traditur vltimo per eum non quidem asserendo, sed in disputationem deducendo, neque omnino condemnando, qui talis est, quòd barbari isti licet non omnino sunt amentes, vt suprà dictum est, tamen parum distant ab amentibus: ita vt non sint idonei ad constituendam vel administrandam legitimam rempublicam, & ordinandam etiam intra terminos humanos & ciuiles, vnde neque habent leges conuenientes, neque magistratus: imo neque sunt satis idonei ad gubernandum rem familiarem, vnde etiam carent literis & artibus, non solum liberalibus: sed etiam mechanicis, & diligenti agricultura, & opificiis & multis aliis commodosis & necessariis ad vsus humanos, posset ergo quis dicere quòd possunt principes Hispani pro vtilitate istorum accipere eorum administrationem, & constituere illis præfectos per oppida, qui eos gubernent: & si constaret illis expedire etiam nouos dominos eis dare, quod dicit suaderi, quia si omnes essent amentes non est dubium quin hoc esset licitum: imò conuenientissimum, & principes tenerentur ad hoc, sicut si omnino essent infantes, & videtur q̃ quantum ad hoc eadem ratio sit habenda de istis barbaris, sicut de amentibus: quia nihil aut parum plus valent ad gubernandum se ipsos, quam amentes: imò quam ipsæ feræ & bestiæ: neque mitiori cibo, quam feræ: neque penè meliori cultu vtuntur. Ergo eodem modo possunt tradi ad gubernationem sapientiorum. Et confirmari hoc dicit apparenter: nam si fortuna aliqua omnes adulti perirent apud illos, & manerent pueri & adolescentes habentes quidem aliqualem vsum rationis: sed intra annos pueritiæ & pubertatis: profecto videtur quòd principes possent illorum curam suscipere eosque gubernare quandiu essent in illo statu, quòd si hoc admittitur: videtur certe non negandum: quin idem fieri posset circa barbaros istos: suppositia habitudine, quam de illis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

referunt, qui apud illos fuerunt, quæ multo maior est quam apud alias nationes, sit in pueris & adolescentibus, & fundari hoc posset in præcepto charitatis, cum illi sint proximi nostri, & teneamur illorum bona curare. quod vt dixi, vult esse propolitum sine assertione, & cum limitatione, quod hoc fiat ad vtilitatem illorum, & nõ ad quæstum hispanorum tantum, barbaris in omnibus vel nihil melius vel peius habentibus, quam prius habebant: in hoc enim secundum eum est totum periculum animarum & salutis, & q ad hoc potest prodesse quod.3. adducitum est, q aliqui sunt natura serui. & tandem concludit, q postquam iam facta est ibi conuersio multorũ barbarorum, neq; expediret neque liceret principẽ omnino dimittere administrationem illarum prouinciarum. Hæc sunt quæ scriptis tradidit vir ille doctissimus in materia ista, quæ non plene ad literam transtuli, sed eius principaliora fundamenta ita prolixè inserui, quia cum in stampis non habeantur, non displicebit lectori ista prolixitas.

¶Ex prædictis ergo vides opinionem Hostien. de recognitione domini communiter à doctoribus Theologis damnati, atq; multis doctoribus canonistis displicere: de quorum numero videtur Io. And. in.d.c. quod super his. ibi cum dicit, alios autem infideles in pace de gentes, & etiam illos quos seruos tenemus, non per bellum, non per violentiam aliquam: sed tantum per prædicationẽ dicimus conuerti debere: & si prædicatores non admittant eos posse compesci per Papam, vt dictum est supra in glo. Inn. Cardinalis & etiam Petrus de Anchar. v. 3. retuli. Io. An. & Dominicus in.c. si à subdelegato. de offi. deleg. lib. 6. vbi etiam Archidia. Anto. de But. in.d.c. quòd super his, & Præpositus Alexandrinus in summa. dist. 51. vbi dicit q in hoc tenetur opinio Inno. & non opin. Hostien. quinimo & ipse Hostiensis in summa de pœnis & remiſ. charta. 7. verſi. cui rex. tradit peccare reges occupantes terras alienas: non contenti proprijs finibus. 24. q. 3. c. transferunt. & dicit tales non saluari etiam si bene administrent: nisi res alienas restituant: secundum August. 14. q. 5. ca. neq; enim, quia nũquam peraguntur bono exitu quæ malo sunt inchoata principio. 51. dist. c. miramur. facit etiam quod tradit idem Hosti. in summa de pœni. & remiſ. char. pen. col. 1. in verſicul. quid si quis furatur Christianos captos à sarracenis. vides etiam dictam opinio. Hostien. bonis rationibus confutari. vnde ab ea cauendum & recedendum, ex qua multa absurda & furta & latrocinia sequerentur: & si quis dicat q infideles sunt oues christi, vt patet Ioannis capitu. 10. alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili. s. ecclesiæ. & sine distinctione dictum fuit Petro. Io. vlt. pasce oues meas. & sic q Papa habeat potestatem super infideles respondetur, q talis potestas successoris Petri, debet esse ad tales oues pascendum & defendendum: non vero ad impugnandum, neq; vt eas lædi permittat. c. vnico de natis ex libero vent. & tradit Ioann. Andre. in additio. ad Speculato. in rubrica. de iudæis.

¶Vides etiam qualiter & dictus Franciscus recedit à dictis Innocen. & aliorum quatenus voluerunt idolatras gentiles, seu aliàs peccantes in lege naturæ posse puniri per Papam: & ex hac causa si pertinaces fuerint posse eis indici bellum, &, vult q neq; hac ratione liceat. in cuius fauorem etiam facit qđ adducit episcopus Abulen. super Iosue. capitulo vndecimo. in quæstione illa quam ibi tractat, an licebat chananæis se defendere contra hebræos sibi inferentes bellum. vbi dicit hæc verba, Non obstat si quis diceret quòd Chananæi fecerant diuersa peccata, propter quæ erant rei & merebantur perditionem natalium, & sedium, & mortem, vt patet leuitici capitu. 18. omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos & polluerunt eam. Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cum patria feceritis, sicut euomuit gentes quæ fuerunt ante vos: nam licet peccauissent chananæi nimis, & mererentur quæcunque mala & ipsam mortem æternam deo cui peccauerant: tamen iudeis nulla mala meruerant, quia nihil eos vnquam læserant. si autem dicas quòd pro peccatis factis in deum licebat iudæis occidere chananæos, nõ obstat: quia tunc licuisset iudæis contra omnes gentiles pugnare, cum peccarent contra deum in idolatria & immunditijs suis. tamen non licebat, quia Deus vetuit iudæis pugnare cõtra quoſdã de gentilibus, scilicet contra ammonitas, moabitas, & idumæos, vt patet Deutero. 2. & si pugnassent contra eos, peccabãt mortaliter. dicit etiam paulò inferius, sed aliquis dicet quòd non licebat chananæis defendere se à iudæis. sed permittere mori seipsum manibus eorum, velut à iudicibus suis: nam contra iudicem non est alicui licita defensio in pugnando, vulnerando, vel occidendo. quòd autem essent iudæi iudices chananæorum dati ad puniendum peccata eorum, patet: quia Deus voluit introducere Israelitas in terram chanaam à principio generis hebræorum, cum esset Abraham in terra illa, & pepigit eum eo dominus, q daret semini eius terram, & dixit q primo esset semen eius peregrinum quadringentis annis, & postea in quarta generatione reuerteretur in terram illam. & subdita est causa, quare non daretur immediate terra illa Abrahæ, sed post quadringentos annos scilicet: nondum etenim impleta sunt peccata amorræorum, vsq; ad præsens tempus. genesis. cap. 15. consummatis his peccatis iussit deus Israelitis (quos introducebat in terram chananæorum) quòd occiderent omnes neminem relinquentes, vt patet deuterono. capi. 20. & subdit ad hoc respondendum est, quòd chananæi licitè pugnabant contra iudæos, & non licebat eis permittere se occidi ab illis, & dato quod essent iudices dati à deo ad punitionem criminum chananæorum: non obligabantur chananæi obedire eis, quia non constabat eos esse iudices, cùm hoc manifestis documentis non possent notificare. Item dato, quòd concederent chananæi iudæos esse missos à deo suo ad deletionem chananæorum: tamen non cogebantur confiteri eos esse iudices suos: quia dicerent, quòd deus hebræorum non habuit potestatem aliquid tale delegandi iudæis, cum ipse etiam non haberet potestatem super chananæos: & erat ista legitima excusatio. Si verò dicas, quòd omnes obligabantur cognoscere vnum deum, cuius cognitio naturaliter inest, vt patet ad Romanos primo. respondendum est quòd quanquam obligarentur ad cognoscendum & credendum vnicum esse verum deum: tamen non obligabantur credere hunc esse deum Hebræorum, vel idoniorum, aut chananæorum: quia hoc non erat in natura rerum insitum, vt magis in populo illo esset deus, quàm in alijs, ideo sicut legitimè æstimare poterant chananæi Chamos deum mohabitarum, vel asthartem deam idoniorum non esse deos habentes potestatem super eos: ita æstimare poterant de deo Iudæorum, cum nihil magis cauaret ex natura rerum, donec per operationem miraculorum aliquid notificaretur. hęc Abulensis. & facit etiam qđ idem Abulensis tradit Matth. 28. c. in quæstione, an infideles debeamus corrigere correctione fraterna, ex forma ibi tradita à Christo, & concludit quòd non, & inter cętera motiua ponit hoc colligi ex eo, quod ibi dicitur, dic ecclesiæ, cum constet quòd infideles non curant, quòd peccata eorum dicantur ecclesię: cum non sint subditi ei, & ideo illa forma correctionis non intelligitur de infidelibus: possumus tamen secundum eum corrigere infideles admonendo eos recedere ab infidelitate, & alijs vitijs, in quibus manent, potissimè quando illa sunt contra legem naturæ, in quibus etiam non stante lege Christi peccarent. Et quod adducit Alphonsus à Castro de capi. 12. deutero. non videtur sufficiens ad assertionem suam fundandam: quia vt ibi & in capitulo præcedenti patet loquitur de terra, quam Deus dederat Israelitis, & sic cum ex dono dei haberent, cuius est terra & plenitudo eius orbis terrarum, & qui habitant in eo. Psalm. 23. iustum erat bellum in casu quo nos loquimur, non ita constat de tali dono dei.

¶Ego verò submittens me correctioni sanctæ matris ecclesię & iudicio melius sentientis non auderem reprobare in hoc dicta Innoc. & archiepiscopi Florenti. Augusti. de Anch. Sylvestri. in summa in parte Papa. §. 7. Imò sustentabile videtur quod paganos delinquentes in peccatis contra naturam sumendo peculiariter, idest cõtra ordinem naturalem, vt declaratum est superius, Papa possit punire & etiam idolatras adorantes falsos deos, non recognoscentes vnicum deum creatorem omnium, & posse indici eius autoritate bellum contra tales pertinaces in talibus peccatis: si moniti non desistant ab eis. & moueor vltra fundamenta Inno. ex sequentibus. Primo quia negari non potest quin ad Papam spectet conuersio infidelium, & mittere ad eos prædicatores euangelij, vt Christum suscipiant & reuereãtur, & nullus Theologorum hoc negat: quia esset absurdum hoc negare & contra euangelium, prædicate euangelium omni creaturæ: sed ita est q ordo prædicandi paganis seu gentilibus, vt tradit Beatus Ambrosius super Lucam. li. 6. c. fi. debet esse vt primo & ante omnia, vnum deum, autorem mundi, omniumq; esse doceamus, in quo viuimus, & sumus, & mouemur: cuius & genus sumus, vt non solum propter munera lucis & vitæ: verum etiam propter cognationem quandam generis diligendus à nobis sit, deinde opinionem illam quæ est de idolis, destruamus: & q non possit auri argentiq; vel ligni materia vim in se habere diuinam: & tunc cum vnum deũ esse persuaseris iudicio eius astrues per Christum nobis salutem datam, incipiens ab illis quæ gesit in corpore & ea diuina describens, vt plusquam homo fuisse videatur, victam vitæ mortem, mortuum q; ab inferis suscitatum, paulatim enim fides crescit, vt cum supra homines fuisse videatur, Deus esse credatur: nam nisi probaueris quòd facere illa sine diuina virtute non potuit, quemadmodum potes probare in eo vim fuisse diuinam, ibiq; in probationem huius inducit Ambrosius sermonem pauli apostoli apud Athenienses habitum. de quo actuum. 17. capi. videbis ibi latius per eum. & si dicas bene fateor quod ita sit prædicandum: sed punitionem peccatorum nego. ad quod dicendum q potestas papę in tẽporalibus, quatenus

ad spiritualia ordinatur à nullo negatur, siue supra fideles siue supra infideles, vnde si pagani prædicati & moniti, vt credant vnum Deum, & recedant à falsorum deorum cultura, nolint in hoc obedire, qualiter poterit eis prædicare Christus quin prædicatores à paganis irrideantur, vt &̃ tradit Ambrosius vbi suprà, esset seminare sup. r spinas & tribulos contra id quod dicitur Ieremiæ. 4. nouate vobis nouale & nolite serere super spinas & tribulos: summa nanque dementia est vt Dicit Chrysostom. in prologo super Ioannem semina in incultam terram iacere. sed spinæ prius recidendæ sunt, est ergo necessaria punitio ratione delictorum contra naturam: & quia contra naturalem legem errant, in non cognoscendo vnum & verum deum, & adorantes falsos deos. vt quos prædicatio non releuat, pœna cohibeat à peccato. c. vt clericorum. de vita. & honesta. clerico. & punire delicta spectat ad præfectum gregis, & Papa ratione defectũ ad istum intentum & effectum habet potestatem puniendi, vt tradit. S. Thom. li. 3. de regimi. princi. c. 10. qui licet loquatur inter fideles laicos, eius rationes militant etiam quoad infideles, cum ordinẽtur ad spiritualia. & ibi traditur illud de libro danielis de visione statuæ, quam vidit Nabuchodonosor, quæ adaptatur ad quatuor monarchias: cum postea dicit propheta, sed post hæc suscitauit dominus deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius populo alteri non tradetur, comminuet que vniuersa regna, & ipsum stabit in æternum. quod totum, vt & dicit. S. Thomas ad Christum refertur. & vice eius ad romanam ecclesiam: si ad pascendum gregem intendat: ad præfectum nanque & pastorem gregis non solum spectat prouidere gregi de pasto & illum defendere à luporum & aliis incursionibus verum etiam coercere illum à noxijs & prohibitis. facit illud quod habetur Ieremiæ. primo capitu. ecce constitui te super gentes & regna, vt euellas & destruas & dispergas & dissipes & ædifices & plantes. Item videtur hoc suaderi ex text. in capitul. in archiepiscopatu. de rapto. vbi dicitur de sarracenis committentibus crimen sodomiæ. & text. dicit eos esse in iurisdictionem archiepiscopi, de quo ibi & Abbas ibi & Ioan. de Ana. dicunt quod ex hoc crimen illud erit mixti fori, vt & punire possit non solum a iudice seculari: verum etiam ab ecclesiastico, ex quo infideles peccant contra legem naturæ. & allegat dicta Innocẽ. in dicto capitul. quòd super his. hinc est quòd per leges prohibentur sacrificia: & templa paganorum. l. prima. C. de paga. & templis eorum. imo & patres illi residentes in consilio africano: circa tempora Bonifacij Papæ primi vt habetur in capitul. 25. illius concilij: fecerunt hoc de rebus sub hac forma. instant etiam aliæ necessitates à religiosis imperatoribus postulandæ: vt reliquias idolorum per omnem Africam iubeant penitus amputari. nam plerisque in locis maritimis atque possessionibus diuersis adhuc erroris istius iniquitas viget: vt præcipiant & ipsa deleri: & templa eorum: quæ in agris vel in locis abditis constructa: nullo ornamento sunt iubeant omnimodo destrui. & capitul. 5. eiusdem concilij sic etiam habetur. Item placuit ab imperatoribus glorioſissimis petit: vt reliquiæ idolatriæ: non solum in simulachris: sed in quibuscunque locis: vel lucis: vel arboribus omnimodo deleantur. Præterea sicut dicimus: quòd si rex christianus fiat hæreticus conceditur eius regnũ catholico occupanti, vt tradit Bald. in repeti. l. si lex. colum. 5. C. de emancipa. libero. cur non dicemus idem in gentili hæreticante in lege naturæ, nota & scita? vt eius regnum concedatur catholico occupanti, præterea illi qui talia crimina puniunt deo seruire dicuntur, vt habetur in. 5. fina. 23. q. 5. vt tradit, quod cum dominus diceret ad prophetam de Nabuchodonosor, quid dabo ei, p labore suo, quo seruiuit mihi apud Tyrum, statim subiicit: da domine (hoc est datum sibi pronuncia Aegyptum & ethiopiam. Item cum & dicit & per antiochum idolatriam iudaicæ plebis dominus punire decreuisset &c. quanto ergo seruius dicetur Papam Christi vicarium in hoc seruire deo? præterea ista opinio. Innocen. communiter est recepta à doctoribus canonistis & legistis, placet etiam multis theologis: & habes pro se probabiles autoritates & rationes: ita vt cum doctores enumerent causas iustas ad inferendum bellum, ponant istam inter eas, vt tradit Lucas de penna in lege vnica. C. vt armorum vsus. columna. 4. cum dicit prima causa est contra terram, in qua Deus per idolatriam blasphematur. allegat dictam autoritatẽ deutero. c. 12. comprobatur autoritate pauli ad Roma. c. 1. ibi non solum qui faciunt ea: sed etiam qui consentiunt facientibus. vbi Ambrosius exponit ideſt qui non vindicant, dicit etiam. S. Tho. 2. 2. q. 10. artic. 11. quod ritus infidelium: qui nihil veritatis: aut vtilitatis afferunt: non sunt aliqualiter tolerandi, nisi forte ob aliquod malum vitandum: scilicet ad vitandum scandalum: vel dissidium quod ex hoc posset prouenire: vel impedimentum salutis eorum qui paulatim tolerati conuerterentur ad fidem & cum ista opin. non habeat autoritatem contra se, ex qua communicatur ex sacra pagina, non videtur ab ea recedendum, & ad dicta per dictum fratrem Francisc. in oppositum potest responderi. ad primũ enim cum dicit, q ista conclusio Inno. & aliorũ præsupponit falsum, videlicet q papa iurisdictionẽ habeat super infideles, respondetur quinimo cum tractatur de punitione peccati idolatriæ, vel contra naturam: præsupponit verũ per adducta per Inno. & quæ iam dixi & isto casu saluari pôt opin. Hosti. licet extra istud fateatur papam non habere iurisdictionem super infideles, licet possit mittere eis prædicatores fidei, & facere quæ superius dicta sunt. ad secundũ dicendũ q opi. Inno. & aliorum loquitur de peccatis contra naturam. i. ordinẽ naturalem, & autoritas apostoli. i. ad Corinthios. c. 5. non obstat, cum dicit de his quæ foris sunt nihil ad nos quia intelligitur illa autoritas quo ad pœnam spiritualẽ: non vero de pœna temporali, quia infideles puniri possunt per ecclesiam, vt not. glo. in. c. constituit. 17. q. 4. & in. c. fæpe. 28. q. 1. & probatur in illis iuribus & in. c. in archiepiscopatu. de rapto. Cardina. in cle. 1. de testib. & S. Tho. 2. 2. q. 10. ar. 9. cle. 1. de iudæis. Præterea paulus hoc dixit, qui nõ erat summus pontifex, nos loquimur de papa Christi vicario, cui omnes oues commissæ sunt, & papa maior est administratione Paulo. c. 1. 20. dist. c. sacrosancta. 22. dist. & dispensat contra apostolum in his quæ non concernunt articulos fidei glo. in. c. sunt quidam. 25. q. 1. Hostien. in summa de bigamis versic. & an cum bigamo. Præpo. in clector. 33. dist. & vide etiam per Abbatem ca. proposuit. de concessio. preben. præterea tempore illo primitiuæ ecclesiæ non poterat ecclesia de facto punire infideles, cum tunc nono germine pullulabat, & nondum erat completa prophetia, & adorabunt eum omnes reges terræ. Psal. 71. ecclesia vero iam dilatata cur negabitur papæ Christi vicario talis potestas. vt retuli. 3. de cap. displicet. 23. q. 4. Ad tertium cum dicit, q neque omnia peccata contra legem naturæ possunt eui denter ostendi, & quod tenere aliud est dicere licere barbaros propter infidelitatem debellari, respondeo q in peccatis idolatriæ, cum non recognoscunt infideles vnum deum creatorem omnium, manifestè errant contra legem naturæ, in his quæ sunt scita & naturaliter demonstrabilia, vt declarat. S. Thom. 2. 2. q. 1. arti. 5. & ar. 8. & patet ad Romanos capit. 1. vbi quod sunt inexcusabiles. Item coire contra ordinem naturalem, est manifeste & demonstrabiliter contra legem naturæ. & dicere quod papa posset punire infideles delinquentes in talibus contra legem naturæ non est dicere, quod debellentur propter infidelitatem: sed vt corruptores legis naturæ: non enim debellantur, quia non suscipiunt fidem Christi: sed quia corrumpunt legem naturæ & per hoc respondetur ad id quod dicit, quod non possunt infideles acceptare iudicium papæ, quin sint Christiani: & non est bona consequentia non possunt puniri, quia non recipiunt Christum, ergo neque, quia non recipiunt iudicium papæ. ad id verò quod in confirmationem suæ opinionis adducit quod in veteri lege populus Israeliticus non occupauit terras infidelium, eo quia essent infideles: sed ex aliis titulis dicendum quod ille populus non habebat potestatem, quam habet Christi vicarius, quo ad vtrunque ouile fidelium & infidelium. Item etiam propter peccata idolatriæ & aliorum scelerum contra naturam, tradidit deus populo Israelitico terram chananeorum, vt patet leuitici. c. 18. & aliis in locis sacræ scripturæ. item si aliqñ deus prohibuit Israelitas, ne pugnarent contra gentiles extra terminos chananeorum & aliorum à deo assignatos sibi in possessionem, fuit expressa causa aliqua, qua cessante, non videtur prohibuisse eos ne pugnam inirent contra infideles idolatras, & corruptores legis naturæ, hoc patet deutero. c. 2. cum prohibuit ne debellarent habitatores montis Seir. dicit enim transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorũ Esau, qui habitabant in Seir: & timebunt vos, videte ergo diligenter, ne moueamini contra eos, neque enim dabo vobis de terra eorum, quãtum potest vnius pedis calcare vestigiũ: quia in possessionem Esau dedi montem Seir: & cum dicit inferius eo. c. non pugnes contra Moabitas, neque ineas aduersus eos prælium, non enim dabo tibi quicquam de terra eorum: quia filiis Loth tradidi eam in possessionem. & sic prohibitum eis propter istas causas videtur sibi concessum in aliis. l. cum prætor in princ. ff. de iudic. c. nonne. de præsumptio. & deutero. c. 10. patet permissum eis fuisse bellum cõtra alios gentiles extra terminos suos, vbi postquam dixit de modo debellandi, subdit: sic facies cunctis ciuitatibus, quæ à te procul valde sunt: neque sunt de his vrbibus, quas in possessionẽ accepturus es: hostes nanque omnium videntur idolatræ & legis naturæ corruptores, cum sint hostes naturæ. Vltra responsa superius data illi autoritati Pauli ad Corinthios, respondetur: quod sensus Pauli non est negare sibi adesse potestatem super infideles: si ea vti vellet. sed quod non oportebat id que nullius vtilitatis esset: nam cum præmiserat, si is qui nominatur frater inter vos est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiẽs &c. cum huiusmodi neque cibum sumere. & paulo ante, non commisceamini fornicariis, non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus alioquin debueratis de hoc mundo exisse. quasi dicat hoc esset impossibile vobis, quia totus fere mundus plenus est huiusmodi hominibus paganis nisi cum illis non potestis conuersari: inter dixit itaque apostolus

Universidad de Deusto
Biblioteca

communicationem cum fratribus publicè peccatoribus, non cum paganis: qui extra ecclesiæ gremium sunt, & subiungit dicti rationem, quid enim mihi de his quæ foris sunt iudicare? vt eorum vobis interdicam consortium, & in eos feram sententiam excommunicationis? idest quænam vtilitas mihi est illos excommunicare, & sententia ecclesiastica punire, nam neq; illi obedient, neq; sententia illa nisi in eos q fideles sunt est ferenda. & huic expositioni asserebat quidam assentiri abulensem super c.19. Matthæi quæstione. 63. in his verbis, quid enim mihi de his quæ foris sunt iudicare? ideſt quę vtilitas ex hoc prouenit, quia correctio ecclesiastica ordinatur ad salutem, & animæ correctionem: modo si in illos feram censuram ecclesiasticam & ipsi parerent, nulla inde veniebat vtilitas ad salutem illorum: quia sine hoc sunt in statu damnationis propter infidelitatem, modo nulla ferenda est sententia in aliquos, vnde nulla speratur vtilitas. Paulus ergo non tulit sententiã in paganos, qui non erant subditi ecclesiæ: neque tamen negauit se posse talem sententiam ferre in illos: & ita non dixit, non possum eos, qui foris sunt iudicare: sed quid mihi de his qui foris sunt iudicare? ideſt nulla vtilitas, eos sic punire. Abulensis, si enim Paulus vellet sentire, quod ecclesia nullo modo posset iudicare paganos: quia pagani sunt: sequeretur quòd neque infideles sibi seu principi christiano subiectis posset aliquo modo iudicare, cuius oppositum patet, in capitul. 1. & 2. & alijs capit. de Iudæis. & clementina. 1. eo. titul. & dicto capitu. in archiepiscopatu. de rapto. nec obstabit dicere quòd illi non sunt foris quia subiecti ecclesiæ: quia hoc esset contra modum loquendi ipsius apostoli, qui fratres appellat solos christianos, & eos qui foris sunt solos infideles, siue subiecti sint siue non. & quia in his diffuse loquuti sumus, reducamus quæ dicta sunt ad aliquas conclusiones.

¶ Sit prima conclusio. Regibus Hispaniæ ex concessione apostolica competere conquæstam illorum paganorum infidelium: vt eos Christo, & ecclesiæ acquirant: & ob insigne meritum plantationis fidei, & expensarum super hoc fiendarum, supremum dominium sibi concessum.

¶ Secunda conclusio. In hac conquesta, non ab armis neque à terroribus, velut contra hostes fieri solet, incipiendum. Sed mittendi sunt ad eos boni, & probi viri, qui vita, & doctrina polleant: qui prædicẽt eis Christum, iuxta eius præceptum in euangelio: euntes docete omnes gentes, & prædicate euangelium omni creaturæ. quod & ita fiat, vt & ipsi barbari intelligant, q̃ iuxta doctrinam apostoli non quærimus sua temporalia, sed animas eorum: vt salutem in Christo le sue consequãtur.

¶ Tertia conclusio. Oportere in confiniis fidelium, iam conuersorum ad fidem, & infidelium adhuc non conuersorum, arces, & loca munita construere expensis regijs: vt prædicatores inde, & alij fideles tuti esse possint, Indique exeant ad prædicationem euangelij inter infideles cum securitate opportuna, & vt paulatim ex bona contractatione nostrorum, infideles illi metum, & terrorem, quem habent ex nostris perdant, eisque conuersentur. & sic ex assiduo vsu mutuo se intelligant, & socialiter habeant. Opportunum etiam esset, quòd muneribus & placidis verbis alliciantur, & cum benevolentia tractent, vt videntes nostram bonam conuersationem recipiant fidem: & regi Hispaniæ voluntariam præstent obedientiam, erit que congruum maiestati regis in istis initijs, concedere paganis illis immunitatem tributorum per aliquot annos.

¶ Quarta conclusio. Si pagani resisterint prædicatoribus euangelij, ne doceant, & prædicent Christum, vel eos persequantur iniurijs, occidant vel percutiant, siue resistant suis subditis ne audiant verbum dei, seu pœnis affligant subditos suos quia conuertuntur ad fidem: seu resistant alias prædicationi euangelij, tunc licere bellum eis indicere ad iustum finem, vt à talibus iniurijs, & persecutionibus desistant: libereque dimittant prædicatores fidei. quo facto & obtento, cessandum est à bello. si vero in sua contumacia perstiterint, & à dictis iniurijs non cessauerint, licere eos persequi iure belli.

Epilogus Victoriæ Illustrissimi Eliantes.

Mas la segũda manera de guerra, de que agora q̃remos fablar, es de aq̃lla q̃ deuẽ fazer cõtra los enemigos, q̃ sõ fuera del reyno, q̃ les querẽ tomar por fuerça su tierra, e amparalles lo q̃ cõ derecho deuẽ auer. E desta q̃remos mostrar, en qual manera la deuẽ fazer, segũ dixerõ los sabios antiguos, q̃ lo sopierõ naturalmẽte, e los otros caualleros, q̃ fueron sabidores della, por obra, e por vso de luengo tiempo.

¶ *Ley. III. De que cosas deuen estar apercebidos, e guardados los que quieren fazer guerra.*

APercebido en todo grado e en muchas maneras deue estar el pueblo quando quisiere guerrear con sus enemigos, non tan sõlamẽte de omes, e de cauallos, e de armas, e de conducho, mas aun de engeños, e de ferramientas, e de todas las otras cosas q̃ han menester, tãbiẽ para acometer, como para defender se. Ca algunas y ha dellas, que conuienen a vnos fechos, e otras a los otros fechos. E porende deuẽ ser apercebidos, ante de tiẽpo, [a] para auer todas estas cosas, de manera q̃ non ayan mẽgua dellas. Ca si les fallesciessen, quando las ouiessen menester, fincarian perdidosos e sin pro, e cõ desseo de lo q̃ cobdiciauan auer. E demas serian tenidos, por de poco recabdo. E apercebimiento deuen otrosi auer, para saber todavia, fecho de sus enemigos, e a guardar se toda via que los otros nõ puedan auer sabiduria dellos [b]. E por este lugar guardaran a si mesmos, e a sus cosas, quando quisieren guerrear, a su pro, e mostrar se han y por de buen seso. E quando assi non lo fizieren venir les ya todo el cõtrario, ca finca riã mal trechos e perdidosos, e seria la guerra a su daño. E demas seriã tenidos por de mal recabdo.

¶ *Ley. IIII. Quales deuen ser escogidos para cabdillos de la guerra, e por quales razones.*

CAbdillos tienen lugar de grãdhõrra. [c] Ca sin ellos nõ se puede fazer ninguna cosa acordadamẽte. E esto en todos fechos, tãbiẽ en los pequeños, como en los grãdes. Pero porque las mayores cosas, e mas peligrosas, deue esto ser acatado. Porende queremos aqui fablar, quales deuẽ tomar, para cabdillos. E mostrar segũ dixerõ los antiguos, por quales razones deue esto ser fecho. Onde dezimos, q̃ por vna destas tres cosas, deuẽ los omes ser tomados por cabdillos. La primera por linaje, q̃ es cosa q̃ faze ennoblescer [d], al ome, e ser honrrado, e tenido en caro porque le pueden tomar por cabdillo, maguer nõ tẽga grã lugar, ni sea muy sabidor. La segunda es, por razon de poderio, assi como Emperadores, o Reyes, o los otros Señores, q̃ tienen grãdes lugares, e hõrrados. Ca maguer estos nõ fuessen de muy gran linaje, ni muy sabidores, solamẽte, por el Señorio, e por el poder q̃ hã, el mismo es cabdillo. Mas el tercero que viene por sabiduria, ha mayor fuerça, que estos otros dos que diximos. Porq̃ tan bien aquel que lo es por linaje, como el otro q̃ lo gana por poderio, si sabidores non son, cõuiene en todas guisas, que tornẽ a sesso de aquellos q̃ lo sabẽ fazer. E porẽde, en fecho de guerra de ue esto ser muy catado, q̃ tambien los altos omes, como los de buen linaje, porq̃ se mandan, e se acabdillan, que ayan vso, e sabiduria de acabdillar. Ca los que de otra guisa lo fiziessen, a tal estado podriã traer su fecho, que poderio ni linaje non les valdria nada. Ca natural razon es, que el ome, a aquel lugar vaya a buscar la cosa, que cobdicia, do sabe que la fallara, o la podra auer.

¶ *Ley. V. Como deuẽ ser los cabdillos esforçados contra los enemigos.*

ESfuerço e maestria e seso sõ tres cosas q̃ cõuienẽ en todas guisas q̃ ayã los q̃ bien quierẽ guerrear. Ca por esfuerço serã cometedores. E por la maestria maestros de fazer la guerra, guardãdo a si e faziẽdo daño a sus enemigos, e el seso les fara q̃ obrẽ de cada vna destas, en el tiẽpo, e en lugar, q̃ cõueniere. E porẽde los antiguos, q̃ fablarõ en fecho de guerra touieron, que como quier que esto deuiessen auer, todos comunalmẽte, mas conuiene a los cabdillos, que a los otros omes pues q̃ ellos hã poder de cabdillar. Ca estos deuen ser esforçados [g] para cometer las cosas peligrosas, e costũbrados de fecho de armas, en saber las traer e obrar bien cõ ellas. E sabidores, e maestros de fecho de guerra, ha menester q̃ seã, nõ tan solamẽte en sofrir los trabaços, e los peligros que della vienen, mas aun que sepan mostrar a los otros omes, como la han de fazer. E en que manera se deuen cabdillar, e vsar los a ello, ante que el fecho comiencen, porque quando en el fueren, que sean apercebidos, e sabidores, de como han de fazer. E porende, los antiguos tanto touieron por bien: q̃ los omes fuessen acabdillados, que non tan solamente, les semeso, que lo deuian ser por palabras: mas aun por señales: q̃ les fiziessen. E esto fizieron porque los enemigos non entendiessen, lo que ellos dixessen nin tomassen ẽde apercebimiẽto. Ca vna de las cosas porque mas ayna pueden los omes fazer mal a sus enemigos, es é fazer sus fechos, ẽcobiertamẽte. [h]

a ¶ *Ante de tiempo.* vide qđ habet in euangelio Lucę. 14. ca. ibi quis em ex vobis. & ibi aut qs rex iturus cõmittere bellũ. &c.

b ¶ *Sabiduria de los.* Adde. l. 5. j. eod.

¶ *Lex. IIII.*

Dux exercitus eligatur sapiẽs: quia nec nobilitas generis, nec maxima potentia proderit sine sapientia. h. d.

c ¶ *De gran honrra.* & isti sunt in dignitate spectabili. vide. l. neminẽ. & ibi Ioan. de Plat. C. de remili. li. 12. & vide Bar. p tex. ibi in aut. vt ordina. præfecolla. 6. & de istis vi. in. l. officium. ff. de re mili. & qui præerat equitibus dicebat tribunus militum & secundum locum à regibus obtinebat. l. 2. §. in initio. ff. de origi. iuris. & secundũ Lucam de Pẽa. in. l. tribuni i principi. C. de re mili. li. 12. isti vbi q; hodie marescali vocantur qui olim dicebanẽ tribuni.

d ¶ *Ennoblescer.* Nobilitat hominẽ progenies adde. l. 1. ti. 6. ea. partit.

e ¶ *Por sabiduria. &c.* sapiẽs populo hæreditabit honorẽ & nomẽ illius erit viuẽs in æternum. ecclesiastici. c. 37. & dicebam ego meliorem esse sapientiã fortitudine ecclesiast. c. 9.

f ¶ *Torne a seso.* stultus seruiet sapienti prouer. c. 11. & melior est sapientia quã arma bellica ecclesiastes ca. 9. adde

etiã. l. j. proxi.

¶ *Lex. V.*

Dux belli fortitudinem debet habere atq; audaciã ad inuadendum, & scientiã ad hoc cautè faciendũ & sup omnia intellectũ ad operandũ tẽporibus cõgruis, sitesso quens ad bñ instruendam gentẽ exercitus, & ad animandũ eã in ipso prælioriũ cõgressu, non sit multum loquax, ne exloquacitate vilipendat, non se proprio ore laudet nimis, nec facta sua aliter quã vere præcesserũt narret. h. d. & adde. l. officio ff. de re mili.

¶ *Esforçados.* sic habeẽ primo macha. c. 2. fortis viribus à inuẽtute sit nobis priceps militiæ.

¶ *Encobiertamente.* Inter cætera enim documenta rei militaris hoc præcipuũ est, q̃ consilia occultent: ne ad hostes perueniãt, vt tradit Alexandri. in ca. ius militare 1. distin. & adde. l. j. ff. eo. vnde & historiæ referũt, q̃ metellus pisanus in hispania interrogatus, quid postera die facturus esset respõdit tuniẽ meã, si eloqui posset combure, & interrogatus lucius Crassus, quo tpe castra moturus esset, veneris (inq̃t) ne tubã nõ exaudias & dicit. S. Tho. 2. 2. q. 40. arti. 3. q̃ inter documẽta rei militaris hoc præcipuẽ ponitur de occultandis consilijs ne ad hostes perueniant.

¶ Sexta cõclusio. Ex sententia omnium canonistarum & aliquorum theologorum, licere contra idolatras, si moniti a falsorum deorum cultu non desistant, & vnum deum non recognoscant, seu contra infideles alias peccantes in lege naturæ: si moniti non corripiant: bellum mouere, talesque corruptores legis naturæ punire. quam conclusionem supra defensaui aliquibus mediis: vltra ea quæ traduntur per Innoc. & sequaces. nunc vero in angustia decidendi positus, & quia video aliquos theologorum huius tem poris inuitentes dicto apostoli, quid mihi de his quæ foris sunt? contradicere huic doctrinæ, & quia vt supra retuli. S. Tho. 2. 2. q. 12. artic. 2. dixit, ad ecclesiam non pertinere punire infidelitatem in illos qui nunquam fidem susceperunt, allegans dictam autoritatem Pauli, & quia video quòd Christus redemptor noster hunc modum conuertendi infideles non docuit, imo potius dixit, ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum: neque voluit euangelium introduci in orbem terrarum minis, & terroribus, neque cum armorum strepitu, sed in patientia, & mansuetudine, non auderem ad præsens consulere, q̃ in acquisitione istorum infidelium illa doctrina vtatur.

¶ Septima cõclusio. Si infideles in illis prouinciis suis, in sacrificijs suis sceleratis innocentes homines occidãt ad sacrificia, & ritus eorũ, si moniti à christicolis, vt ab hac iniuria desistãt nolint acquiescere, licere bel lũ eis indicere ob defensionem innocẽtũ, & ad liberãdũ eos à talibus iniurijs, iuxta illud ecclesiast. 17. vnicuiq; mãdauit Deus de pximo suo, & prouerb. 24. erue eos qui ducũtur ad mortẽ, & qui trahũtur ad interitum liberare ne cesses: iuxta id quod superius latius dictum est.

¶ Octaua cõclusio. Si infideles illi barbari adhuc nõ conuersi, sint infesti fidelibus conuersis, seu aliis christicolis in prouinciis illis degentibus, ita vt eos in pace viuere non sinãt, licere ad propulsandã iniuriã, & pro defensione personarum, & rerũ suarũ bellũ mouere contra tales infideles, si alias ab his infestationibus non possent arceri, cũ hæc sit iusta causa belli ad propulsandas iniurias. c. dñs noster. 23. q. 2. & tradit S. Tho. 2. 2. q. 40. si tamen isti infideles cessarent ab his infestationib, & iniurijs cessandum & esset à bello tanquam causa belli cessante.

¶ Nona conclusio. In hac conquesta istorum paganorum non censeo tenendam doctrinam illam hostiensis, de qua supra, videlicet vt si pagani illi moniti nolint dominium ecclesiæ Romanæ recognoscere, quòd possunt deprædari, & bello lacessiri. imo arbitror talem doctrinam respuendam, cum ex illa multæ absurditates, furta, & latrocinia sequerentur.

a ¶ *Deuen ser los reyes.* c. regum. 23. q. 5.

b ¶ *De judgar.* l. congruit. ff. de offic. præsidis.

c ¶ *Todo el pueblo.* Licitum ergo erit cuilibet de populo capere & insequi publicos latrones.

d ¶ *De los titulos.* Vide in. l. 3. titu. 19. infra ead. partit.

¶ *Lex. IIII.*

Populus bellum initurus prouidere debet sibi prius de armis & ne cessarijs ad bellum, & solicitus esse ad sciendum inimicorum secreta, & ad celandum sua. h. d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E otrosi cataron los sabios antiguos, sobre todo, que el cabdillo ouiesse buen seso natural, porque sopiesse guardar la verguença, alli do conuiene: e el esfuerço, e la sabiduria, cada vna en su lugar, porque el seso es sobre todo. E sobre cada vna destas cosas, aduzir alli, do ha menester. Ca el faze al esfuerço, cometer aquello, que entiende, que se puede acabar.[a] E faze otrosi a la sabiduria, obrar alli, do deue. E faze el vso cambiar de vna manera por otra, segund conuiene a los fechos. E faze otrosi a la verguença, entender el lugar, do ha de ser guardada. E porque el seso es sobre todo linaje,[b] e poder, por esso los cabdillos, lo han menester, mas que otros omes. Ca si cada vn ome lo ha de auer para cabdillar a si mesmo estando en paz: quanto mas lo ha menester el que esta en guerra, e ha de cabdillar a si, e a otros muchos. E a vn dixeron los antiguos, que los cabdillos, deuen auer dos cosas, que semejan contrarias. La vna que fuessen fabladores. E la otra calladores. Ca bien razonados,[c] e de buena palabra,[d] deuen ser, para saber fablar, con las gentes, e apercebir las, e mostrar les, lo que han de fazer, ante que vengan al fecho. Otrosi deuen auer buena palabra, e rezia, para dar les cõorte, e esfuerço, quando en el fecho fueren: e callado deue ser de manera, que nõ sea cotidianamente[e] fablador, porque ouiesse su palabra a enuilescer, entre los omes: ni deue otrosi alabar se mucho, de lo que fiziere, ni contar lo de otra manera, que non fuesse. Ca en alabando se[f] el mismo a si, se pierde la honrra del fecho, e enuilesce lo: e en retrayendo lo como non es, fallan lo por mintroso, e non le creen despues en las otras cosas en que le deuian creer. Onde el cabdillo, por quien se deuen acabdillar, todos los de las huestes, conuiene que aya ensi todas estas cosas sobredichas. E si el Emperador, o el Rey, o el otro Señor, cuyo fuere el fecho, ouieren ensi todas estas cosas, sera mejor: e si non, tales omes de uen escoger para esto, que las ayan, por que el mismo se mande, e todos los otros. Ca el fecho de guerra, es todo lleno de peligros, e de auenturas, e demas, el yerro que ay auiniere non se puede despues bien emendar. E porende non se deue traer, si non por seso, e por grand acabdellamiento.

a ¶ *Que se puede acabar.* Nam sapiens prætereta recordatur & futura cõsiderat Ambrosius in li. de Noe. & arca. c. 31.

b ¶ *Sobre todo linaje.* Vide in l. 5. proxi.

c ¶ *Ca bien razonados.* Sermo vester semper in gratia sit sale conditus ad Colossen. 4.

d ¶ *E de buena palabra.* Nam mors & vita in manibus linguę & qui diligunt eam comedent fructus eius prouerbio. c. 18. & lingua placabilis lignũ vitæ, quæ autẽ immoderata est conteret spiritum prouerbio. c. 15.

e ¶ *Cotidianamente.* Nam quod vigilantes regimini seruiunt per linguæ procacitatem perdunt Grego. 5. lib. mora. capi. 6.

f ¶ *Ca en alabandose.* Laudet te alienus & non os tuum extraneus & non labia tua prouerbio ca. 27. & Iaus in ore proprio vilescit dictũ est Senecæ. & vide. 3. ea. part. tit. titu. 4. l. 4. & qui de se etiam vera dicunt hæc dicendo aliena faciunt Grego. 8. mora. c. 36.

¶ *Lex. V I.*

Dux belli cogitet & præui deat ante bellum quæ præuidenda sunt atq; timenda quia in congressu ipso belli hoc fieri non oportet, sed instanter ad victoriam animose laborare oblitis periculis omnibus & eorum metu. h. dicit.

g ¶ *Cuydar.* Cogitatio à cogẽdo nomen accepit: nã tria sunt, quæ cogitationem faciunt, memoria, voluntas, & intellectus: voluntas cogit memoriã: vt ꝓferat materiam: cogit etiam intellectum, ad formãdum quod profertur adhibens intellectum memorię, vt inde formetur: intellectui vero aciẽ cogitantis: vt inde cogitetur quæ quia in vnum cogitvoluntas, ideo à cogendo cogitatio nomen accepit. vide S. Bernar. ad fratres de mõte dei colum. 25. & ibi delicitis & illicitis cogitationibus.

¶ *Ley. V I. Como los cabdillos deuen ser auisados de lo que ouieren de fazer ante que al fecho vengan.*

CVydar[g] es vna de las naturales cosas, que ensi han los omes. Ca bien como el comer, niel beuer ni el dormir nõ puede escusar sus sazones. Otrosi pensar en las cosas, non puede ser escusado. E porende los sabios antiguos, que fablaron en todo, muy con razon dixeron, que pues que el pensamiento era cosa, que non se podia escusar, que deuian los omes vsar del: quanto mas pudiessen en aquello que fuesse a su pro, e non a su daño.[h] E como quier que esto deua ser catado, en todos los fechos, que los omes fizieren: mucho mas conuiene en los de las guerras, que son llenas de peligros, e de miedos. E porende, los cabdillos[i] deuen ser apercebidos, que los cuydados, que ouieren, en que ayan algun miedo, que piensen en ellos[k] ante q̃ al fecho vengã. E faziendo lo assi, tomaran a percebimiento, en aquello que ouieren de fazer, porque lo fagan mejor, e mas endereçadamente, de guisa que se guarden de recebir daño, e de caer en verguença, q̃ son dos cosas, de que se deuen los omes mucho guardar en toda sazon, e mas en tiẽpo de guerra. Ca el pensamiento, que viene en vno, con el fecho, es dañoso, porq̃ lo vno estorua a lo otro. E demas los que assi lo fazẽ, muestran se por de mal recabdo, en non cuydar lo que han de fazer ante que al fecho vengan. E porende los cabdillos, deuen ser auisados, assi como diximos de suso: para cuydar en las cosas, ante que en ellas sean. E el miedo, e el peligro, que yaze en los fechos encerrado catar lo e temer lo, quãdo estan de vagar, e oluidar lo,[l] quando fueren en el fecho. Ca el pensamiento que estonce les aduxiesse a remembrança, el miedo, o el peligro que les podria acaescer, los estoruaria, de manera, que non pudiessen fazer buen fecho, e non sacarian ende ninguna pro: si non que fincarian por mal andantes, e ganarian prez de medrosos. E porende en aquella sazon, non deuen al pensar, si non en las cosas que les dieren esfuerço, para acabar su fecho, por

h ¶ *A su pro e no a su daño.* Vę qui cogitatis inutile micheæ. capitu. 2.

i ¶ *Cabdillos.* Iste debet semper inquirere & minari militibꝰ vt sint ad bella parati. vi. l. milites. C. de re mili. libro 12.

k ¶ *Que piensen en ellos.* Ne fortè, quæ præuisa & præmeditata poterant esse, ꝓficua præcipitata magis periculo fiant, vt tradit S. Bernar. 1. li. de consídera. ad eugeniũ. col. 4.

l ¶ *Quando fueren en el fecho.* Consideratio nanq; in ꝓspens aduersa præsentit, in aduersis, quasi nõ sentit: q̃rũ alterũ fortitudinis alterũ prudẽtię est vi. Ber. de cõsideratio. ad eugeniũ. li. 1. co. 5.

¶ *Lex. V II.*

Ducis erit astutia si prælietur cũ paucis contra plurimos circa electionẽ asperi loci, vt loci aspitas equaleret posset multitudini hostiũ. Item vt solem non recipiant sui i facie, sed curet ita legionem suam stare, q̃ sol è regione sit in facie inimicorum, vel saltem q̃ sol tangat suos à sinistris, hostes à dextris. Item circa statũ venti sic, vt pulverem mittat in hostes non in suos, & cũ cõtra equites & pedites cũ pugnare contingat aliquã partem suorum equitũ segreget sigillatim cum peditibꝰ pugnaturã & si possit conuertat pedites hostes à situ loci asperi ad planitiẽ: quia in locis asperis potior est pedes militet. hoc dicit.

a ¶ *Delugar.* Ille bellator egregius dux mirabilis, qui timidiores accendit in prælium, & exploratis locorum fulsit ingenijs vt infirma virium cõmoda stationis opportunitate cõpenset. Ambro. in apologia Dauid capi. 16. & etiã ad salutem animæ aliquando proficit loci mutatio. c. valet. 8. dist.

b ¶ *Gran viento.* Vide Titũ Liuium decade. 3. de secundo bello Affricano cap. 16.

c ¶ *Mejoria.* Vi. 2. Reg. 5. capit.

¶ *Lex. V III.*

que puedan ganar, honrra, e prez.

¶ *Ley. V II. Como los cabdillos deuen siempre catar su mejoria.*

EMbargar ome a sus enemigos, quãdo ouiere a lidiar cõ ellos, es vna delas cosas del mundo, segun dixerõ los sabios antiguos, que mas cumple en fecho de armas. Ca esto es carrera para desbaratar los sin grand su daño. E por ende, el cabdillo, para fazer esto, deue siempre catar su mejoria assi que quando estuuiere cõ poca compaña, e los enemigos fueren muchos, e entendiere, que non se les podrian yr, en su saluo, ni desuiar, que non lidien con ellos, que cate al gund lugar a tal, en que les pueda fazer daño, assi que la grauedũbre del lugar[a] sea como egualança a la muchedunbre dellos. E si fuere tãta su compaña, como la dela otra parte, aun con todo esso nõ deuen dexar de catar su mejoria, de manera, que si el sol, les diere de cara, q̃ agui se, si pudiere, como de alos otros. E si nõ que sea partido entre ellos assi que toda via venga alos suyos, dela parte siniestra e a los enemigos de la diestra. Esso mismo dezimos que deuen guardar si fiziere grand viento[b] que les de en las caras que les embargue la fabla, o que aduga poluo que les faga daño embargãdo les la vista, o cubriendo les las señales de las armas, porque se non puedã conoscer. E aun deuen otrosi mucho catar, que si los enemigos traxeren peones, e ellos nõ que den alguna parte de sus caualleros, que los embarguen, porque la peonada aya que ver en aquellos, e non vengan bueltos en vno con la su caualleria. Otro si, deuen ser mucho apercebidos, que si fueren a lugar, do ouiere peones dela otra parte, e ellos non los traxeren, que nõ vayan a ellos abarreras, nin acabo de fierra, nin a mal passo, mas que pune de los sacar a llano, quanto pudiere. Ca bien assi como los peones, han mejoria de los caualleros, por las sierras, e por los graues passos, assi la hã los caualleros de los peones, eñl llano, por los caualos, e por las armas, que han de mejoria, e por el lugar, que nõn es embargoso. E porende, los cabdillos, en estas cosas sobredichas, e en las otras semejantes dellas deuen siempre catar su mejoria[c], porque pueden vencer sus enemigos, sin su daño lo mas que pudieren.

¶ *Ley. V III. Quales cosas deuen fazer los cabdillos que vsen los omes en fecho de guerra.*

VSo e arte son dos cosas, q̃ fazen al ome ser sabidor de lo que quiere fazer. E si aquesto deue ser guardado en aquellos yerros, que los omes fazen, que son emẽdaderos, quanto mas lo de uen ser en fecho de armas, e de guerra, en que non se emiendã, muy deligero, las faltas que y ha. E porende conuiene que los cabdillos fagan, aquellos que se han de acabdellar por ellos fazer estas dos cosas. La vna, que sean arteros e sabidores en fecho de armas. La otra, q̃ vsen dellas. E la sabiduria que deuen auer es, que paren miẽtes enlas armas, cõ q̃ mayor daño les fazen los enemigos. E que sepan ellos fazer armaduras, cõtra aquellas, con que se defiendan, porque non reciban ligeramente muerte, nin daño dellos. Otrosi las armas que ellos traxeren, que las fagan de la guisa que entendieren, q̃ mayor daño podran fazer con ellas, a aquellos con quien guerrean. E porque sepan los omes, que departimiẽto ha[d] entre armaduras e armas: dezimos assi que todo aquello que visten, o ponẽ sobresi para defender sus cuerpos, es dicha armadura. E todo lo al que es para ferir, ha nome armas[e], assi como de suso diximos en el titulo de los caualleros.[f] E otrosi, deuen ser sabidores, q̃ tambiẽ las armas, como las armaduras que traxeren, q̃ las sepan mandar fazer fuertes, e ligeras[g], e apuestas. Ca la fortaleza delas armaduras, los ampara mejor, e podran sofrir mas, cõ las armas, que fueren fuertes, podrã fazer mayor daño, e mas ayna. E el apostura les fara parecer mejor cõ ellas, e ser temidos de sus enemigos. E la ligereza les fara que las puedan mas sofrir, e ayudarse mejor dellas tambiẽ de las que traen para amparãça, como delas con q̃ han de ferir. Ca semeja cosa[h] enatia mucho que el que trae armaduras, o armas para defenderse de muerte, o de prision de otro que el sea muerto, o preso, por embargamiento dellas. E porende non tan solamẽte conuiene alos caualleros, de ser sabidores para traer tales armaduras, e armas como dicho auemos, mas aunque sepan armar se dellas, bien e ayna, de guisa, que ellos se apoderen delas armas, e non sean ellas apoderadas dellos. Esso mesmo dezimos delos caullos, que los deuen prouar ante, de como fazen, e se dexan enfrenar, e

d ¶ *Departimiento ha.* Nor. differentiã inter arma & armaturam.

¶ *Armas.* Ysidorus. libr. 18. Etymologia. c. 5. dicit quod arma sũt, quibus ipsi tuemur tela, quæ emittimus & arma duplicata dicũtur, qui buspercutimꝰ & quibus tegimur & q̃ propriè arma dicta sunt, eõ quòd armos tegunt.

e ¶ *De los caualleros.* In. l. 4.

f ¶ *Fazer fuertes e ligeras.* Arma fortia & leuia.

g ¶ *Ca semeja cosa.* Adde. l. 11. supra titul. 18. ead. partita.

Duces belli attendant quibus armis meli⁹ inimici possint expugnari, quibus ve melius ipse & sui ab eis defendi possint, arma tam defensoria quã inuasoria: fortia sint & leuia, equi sint bene frænati & armati, tam ipse dux quã sui: expti sint in bene equitando: & in equorum ascensione à parte dextra siue sinistra. hoc dicit.

h ¶ *Cosa.* Nor. differentiã inter arma & armaturam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ensellar,e armar, porque quando al fecho vinieren, tengan todas sus cosas prestas, e ciertas, porque non cayan en falla, quando menester fuere. E deuen ser sabidores de caualgar, en el cauallo, e descender del ayna, y tambien a la parte diestra, como a la siniestra [a]. Ca esto es cosa que se torna en grand pro, porque en tal priessa podria algũo caer, que si nõ ouiesse quien lo ayudasse, o el non supiesse caualgar, podria ser muerto, o preso. E otrosi deuen saber ferir cõ las armas, que traxerẽ, en la manera que entẽ dieren, que mas ayna podran matar, o prender a sus enemigos, e todas estas cosas deuẽ ellos vsar por si e los cabdillos fazer que las fagan. Porque el vso [b], les faze ser sabidores de todo esto que dicho auemos. E demas faze las cosas graues tener por ligeras. E sobre todo, faze los omes ciertos, delas cosas que han menester, e deuen fazer. E aun demas que son mejor mandados a sus cabdillos. E porende los que estas cosas non vsassen sin el daño que resceibirian por su culpa, deue les el Rey dar tal pena, segund el mal que viniere, por el yerro que ellos fizieron.

a ¶ *Diestra como a la siniestra.* vi. Veget. libr. 1. de re milit. ca. 18. vbi tradit de salitione equorum semper exercẽda a militibus retuli. 3. titul. 21. in. l. 17. ea. par.

b ¶ *Porque el vso.* Vñ & habet 1. Regum. cap. 17. de Dauid, qui armatus non habẽs cõ suetudinẽ non poterat incedere cũ armis & depositis ea & secundum Cassiodo. epi. prima. & libr. 9. epistola. 40. ars bellandi si non præluditur: cum fuerit necessaria non habetur, discat miles in ocio quòd facere possit, sen quod perficere possit i bello. animos subito ad arma non erigunt: nisi qui ie ad ipsa idoneos præmissa exercitatione cõ fidunt.

¶ *Ley. IX. Como los omes deuen ser acabdellados por mandamiento del cabdillador, e que manera se ha de tener, para encobrir lo suyo, e saber lo de los enemigos.*

¶ *Lex. IX.*

Curet dux, vt sui verba eius bene perpendant & signa præfinita: quibus & si verba non audiãt intelligant facienda, & si ab hostibus signa iam intelligantur, mutet ea in alia: seruẽtque ipse & sui sua secreta ne hostibus pandantur, tempore congressus belli iubeat suos esse tacitos, nec loquantur nisi ex eius pmissu ne ex strepitu vocũ impediantur se inuicem non intelligentes, ꝙ si loqui oporteat pauca sint verba taliaq; quòd sui animentur ex eis, inuigiletque ne sui milites sint interse seditiosi. hoc dicit.

¶ *Grand traycion.* Adde. l. omne delictũ. 5. exploratores. ff. de re mili. &

